

ÉCOLE PRATIQUE DES HAUTES ÉTUDES

---

Bruno BON

*diplômé d'études approfondies*

*archiviste paléographe*

LES *SERMONS*

D'ADÉMAR DE CHABANNES

ÉDITION DU MANUSCRIT DE BERLIN

TOME III

DIRECTION

Mme Pascale BOURGAIN (École nationale des chartes)

M. François DOLBEAU (École pratique des hautes études)

JURY

Mme Nicole BÉRIOU (Université de Lyon II – Lumière)

Mme Anita GUERREAU-JALABERT (Centre national de la recherche scientifique)

M. Jean-Loup LEMAÎTRE (École pratique des hautes études)

Thèse de doctorat

Langue et littérature latines médiévales

Introduction

2009

## SERMONES IN CONCILIO II

**Dicta beati Damasi papæ ad episcopos.****¶¶**

1. Regulas ecclesiasticas episcopi ut custodiant<sup>1</sup> optamus, et aliis hæc predicanda et publicanda mandamus, ut ab omnibus inviolate debita veneratione custodiantur et inviolate servantur, atque in omnibus temporibus diligenter venerentur.<sup>1</sup>

2. Violatores voluntarie<sup>2</sup> canonum graviter a sanctis patribus judicantur, et a Sancto Spiritu, cujus instinctu et dono dictati sunt, damnantur. Blasphemare Spiritum Sanctum non incongrue videntur qui contra sanctos canones, non necessitate compulsi sed libenter, aliquid agunt aut loqui presumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis presumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum Sanctum, quoniam contra eum agit cujus *nisu*<sup>3</sup> et gratia idem sancti editi sunt canones. ‘Diabolica nequitia plerosque suptiliter falli<sup>4</sup> solet, et ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis sæpissime illudit, ut pro salubribus<sup>5</sup> nocitura persuadeat.’<sup>2 3</sup>

3. ‘Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt spiritu Dei conditi et totius mundi reverentia consecrati, fideliter ab episcopis<sup>6</sup> est scienda et diligenter tractanda, ne quoquo modo sanctorum patrum statuta absque inevitabili necessitate (quod absit !) transgrediamur.’<sup>4</sup> Sed fidelissime per ea gradientes cum eis qui eos instinctu condiderunt divino, mercedis gloriam et laboris cumulum eorum meritis auxiliante Domino habere mereamur. Itaque episcopos<sup>7</sup> parere eorundem sanctorum canonum regulis summo opere convenit, ne in aliquo eis obviare quorundam ignavia faciat, sed episcoporum<sup>8</sup> sapiens et sana doctrina, quæ cupit eos<sup>9</sup> per omnia placere Deo, illis cohæredes et conparticipes cælestis regni in sedibus fideles cooperatores ostendat.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> PS. ISID., *Rescriptum Damasi Aureliano* (p. 21) : Quæ te et custodire optamus.

<sup>2</sup> LEO M., *Epist.* 44, 2.

<sup>3</sup> PS. ISID., *Rescriptum Damasi Aureliano* : violatores voluntarii c. ; cujus impulsu et ; suptiliter fallere s. ; pro salutaribus n.

<sup>4</sup> cf. LEO M., *Epist.* 14, 2 (col. 672).

<sup>5</sup> PS. ISID., *Rescriptum Damasi Aureliano* : ab nobis est ; Itaque vos p. ; sed vestra s. ; cupit vos per.

**SERMO IN CONCILIO, ex dictis BEATI Hisidori episcopi.****[[II**

1. ‘Sicut sunt quattuor<sup>a</sup> paradisi flumina (Phison et Geon, Tigris et Euphrates), et sicut sunt quattuor<sup>b</sup> Evangelia (Matheus, Marcus, Lucas et Johannes), ita sunt quattuor<sup>c</sup> principalia concilia : Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesium, Calcedonicum.’<sup>6</sup> Ex istis quattuor<sup>d</sup> conciliis plenissimam fidei doctrinam tenent ecclesiæ, tam de divinitate æquali sanctæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, quam de predicti filii Dei<sup>i</sup> salvatoris nostri incarnatione.<sup>7</sup>

2. ‘Prior harum Nicena sinodus<sup>8</sup> fuit<sup>□</sup> trecentorum decem et octo episcoporum, sub Constantino augusto et papa Silvestro peracta. In qua arrianæ perfidiæ blasphemia condempnata, qua inæqualitatem sanctæ Trinitatis idem hæreticus<sup>□</sup> asserebat, consubstantialem Deo Patri Dei filium eadem<sup>□</sup> sancta sinodus definivit, per hunc psalmum<sup>□</sup> : *Quicumque vult salvus esse...*’<sup>9 10</sup>

3. ‘Secundum concilium<sup>□</sup> fuit centum quinquaginta episcoporum<sup>□</sup> sub Theodosio seniore et papa Innocentio Constantinopolin<sup>11</sup> congregatum<sup>□</sup>. Quæ sinodus quendam hæreticum nomine Macedonium, Spiritum Sanctum Deum esse negantem, condempnans, consubstantialem Patri et Filio eundem Paraclitum demonstravit : dans latius Simboli formam, quam tota Grecia et Latinitas in ecclesiis predicat.’<sup>12 13</sup>

4. ‘Tercia sinodus Ephesina<sup>14</sup> fuit<sup>□</sup> prima ducentorum episcoporum, sub augusto juniore Theodosio et papa Romano Cælestino<sup>e</sup> edita, quæ quendam hæreticum nomine Nestorium,

<sup>6</sup> cf. ISID., *Orig.* VI, 16, 5 (*PL*, 82, col. 243).

<sup>7</sup> PS. ISID., *Præfatio* XI : Filii et S.

<sup>8</sup> Concile œcuménique de Nicée I, 325.

<sup>9</sup> cf. ISID., *Orig.* VI, 16, 6 (*PL*, 82, col. 243).

<sup>10</sup> PS. ISID., *Præfatio* XI : sinodus est t. ; idem Arrius a. ; f. idem sancta (*sed eadem B*) ; per symbolum.

<sup>11</sup> Concile œcuménique de Constantinople I, 381.

<sup>12</sup> cf. ISID., *Orig.* VI, 16, 7 (*PL*, 82, col. 243).

<sup>13</sup> PS. ISID., *Præfatio* XI : Secunda synodus c. ; quinquaginta patrum s. ; Constantinopolin congregata.

<sup>14</sup> Concile œcuménique d’Ephèse, 431.

duas personas in Christo asserentem, justo anathemate condemnavit : ostendens manere in duabus naturis unam domini nostri Jesu Christi personam.<sup>15 16</sup>

5. ‘Quartum concilium<sup>d</sup> Calcedonense<sup>17</sup> fuit sexcentorum triginta episcoporum, factum sub imperatore Martiano et papa primo Leone. In qua sinodo hereticum quendam nomine Euticeti, Constantinopolitanum abbatem, verbi Dei et carnis unam naturam pronuntiantem, et ejus defensorem Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis condemnaverunt<sup>d</sup> cum una sententia : prædicans eadem sancta sinodus Christum Dominum sic natum de Virgine, ut in una persona confiteamur eum<sup>d</sup> et divinæ et humanæ esse naturæ.<sup>18 19</sup>

6. ‘Hæc quattuor<sup>f</sup> principalia et venerabilia concilia quæ<sup>d</sup> fidem catholicam complent, nec cætera sancta concilia infirmant, sed potius confirmant quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, et per istorum<sup>d</sup> quattuor<sup>g</sup> auctoritatem omni manent stabilita vigore.<sup>20 21</sup>

---

<sup>15</sup> cf. ISID., *Orig.* VI, 16, 8 (*PL*, 82, col. 244).

<sup>16</sup> PS. ISID., *Præfatio* XI : sinodus est Ephesiana p.

<sup>17</sup> Concile œcuménique de Chalcédoine, 451.

<sup>18</sup> cf. ISID., *Orig.* VI, 16, 9 (*PL*, 82, col. 244).

<sup>19</sup> PS. ISID., *Præfatio* XI : Quarta est synodus C. ; triginta sacerdotum, sub Martiano principe habita ; hæreticis una patrum sententia prædemnavit ; una substantia confiteant Deum et.

<sup>20</sup> cf. ISID., *Orig.* VI, 16, 10 (*PL*, 82, col. 244).

<sup>21</sup> PS. ISID., *Præfatio* XI : quattuor principales et venerabiles synodi fidem catholicam complentes ; Post ipsorum quattuor.

1. Unitas et veritas conciliorum a Grecis tracta est in latinum, et si fallunt latini, ab eis requirere debent in quorum lingua primitus edita esse noscuntur.<sup>22</sup>
2. ‘Canones’ in greco sunt<sup>□</sup> ‘regulæ’ in latino. Sicut ‘regula’ dicitur « quod recto ducit nec aliorum trahit », ita ‘canones’ regunt Ecclesiam Dei, et normam recte vivendi ei prebent<sup>□</sup>, et distortum et pravum quid corrigunt<sup>□</sup>.<sup>23</sup> Ideo ‘canonici’ dicuntur, hoc est clerici ‘regulares’, quia secundum ‘regulam’ sanctorum patrum vivunt ; ideo et monachos ‘regulares’, hoc est ‘canonicales’, dicimus, quia non suo arbitrio sed secundum ‘regulam’ sanctorum patrum (et precipue sancti Benedicti) sunt viventes.<sup>24</sup>
3. ‘Sinodus’ in greco ‘coetus’ vel ‘comitatus’ dicitur in latino,<sup>25</sup> quia ‘coetus’ episcoporum simul in unum ‘comitatur’. Ipse ‘conventus’ sacerdotum, ubi omnes sacerdotes ‘conveniunt’, ipsa ‘congregatio’ episcoporum ‘coetus’ dicitur a societate multorum in unum, vel a ‘conveniendo’, hoc est ‘coeundo’, vel ‘congregando’ pariter in unum locum.<sup>26 27</sup>
4. ‘Concilium’ dicitur a ‘conciliando’ [fol. 116v] vel ‘reconciliando’ pacem et concordiam inter discordes. Concilium est<sup>□</sup> ex communi intentione episcoporum, quia in unum dirigunt<sup>□</sup> omnes mentis optatum, quia cilia oculorum sunt. Unde et episcopi qui sibimet dissentiant non agunt concilium, quia non sentiunt unum.<sup>28</sup>
5. Justum et canonicum et sapientissimum consilium debet esse in concilio sacerdotum<sup>□</sup>. Propter sacerdotum auctoritatem, omnes laici oboediunt concilio. Scripturæ quas plures recipiunt docti sinodali auctoritate roborandæ sunt, quia sancti patres eorum sententias

---

<sup>22</sup> Ps. ISID., *Præfatio* II.

<sup>23</sup> Canones in – quid corrigunt] *cf.* ISID., *Orig.* VI, 16, 1 (*PL*, 82, col. 243).

<sup>24</sup> Ps. ISID., *Præfatio* III : Canon autem grece, latine regula nuncupatur. Regula autem dicta q. ; vivendi prebeat d. ; quid corrigit.

<sup>25</sup> Sinodus in – in latino] *cf.* ISID., *Orig.* VI, 16, 11 (*PL*, 82, col. 244).

<sup>26</sup> coetus episcoporum – unum locum] *cf.* ISID., *Orig.* VI, 16, 13 (*PL*, 82, col. 244).

<sup>27</sup> *cf.* Ps. ISID., *Præfatio* III.

<sup>28</sup> Ps. ISID., *Præfatio* III : Concilium vero nomen tractatum ex ; unum redigunt o.

susceperunt, et inter canonicas constitutiones posuerunt. Apostolicorum Romanorum<sup>□</sup> decreta ab omnibus episcopis suscipienda sunt, propter auctoritatem magni concilii Niceni<sup>□</sup>, quod hoc fieri decrevit. Quaecumque apostolicus Romanus in sancta Ecclesia susceperit, omnes episcopi oboedire debent ei pro culmine sedis apostolicæ, in qua omnium conciliorum extat auctoritas. Ecclesiastici ordinis disciplina ab apostolicis Romanis salubriter coacta, digesta et roborata, omnes sanctos presules instituit<sup>□</sup> regulis, et oboedientes Ecclesiæ ministri vel populi per sanctos canones imbuuntur exemplis, ne umquam malorum hominum pravitatibus decipiantur.<sup>29</sup>

6. Ideo sancti patres leges composuerunt, quas *sanctos canones* appellaverunt,<sup>30</sup> quia multi pravitate et cupiditate depressi accusantes sacerdotes oppresserunt : multi idcirco alios accusant, ut per illos se excusent aut bonis eorum ditentur ; plerique Christiani boni propterea tacent et portant aliorum peccata, quia documentis sæpe deseruntur quibus ea quæ ipsi sciunt iudicibus ecclesiasticis probare possint. ‘Quoniam licet vera sint quædam, non tamen iudicibus credenda sunt nisi quæ certis indiciis demonstrantur, nisi quæ manifesto iudicio convincuntur, nisi quæ iudiciali ordine publicantur,’<sup>31</sup> nullus episcopus qui suis est rebus expoliatus aut a sede propria vi aut terrore pulsus, antequam omnia sibi ablata ei legibus restituantur et ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique propriæ regulariter restitutus, ejus multo tempore libere potiatur honore, juxta canonicam accusari, vocari, judicari aut damnari institutionem potest.<sup>32</sup>

7. Eusebius Cesariensis episcopus, in sua Historia ecclesiastica, de quadam muliere quæ pro castitate a marito accusabatur narrat quia preceptum et inditum est, ab imperatore lege lata, ut primo

---

<sup>29</sup> PS. ISID., *Præfatio* IV : Justo et canonico et sapientissimo consilio judicaverint. Denique propter eorum auctoritatem, ceteris conciliis præposuimus canones qui dicuntur apostolorum (...), quoniam eos plures recipiunt et sinodali auctoritate roboraverunt ; Apostolicorum virorum decreta intersedavimus ; concilii ejusdem ; digesta sancti presides instituantur r. ; populi spiritualibus imbuuntur.

<sup>30</sup> cf. CASSIOD., *Hist.* II, 14 (*PL*, 69, col. 933).

<sup>31</sup> cf. ISID., *Synon.* II, 86 (col. 864<sup>C</sup>).

<sup>32</sup> PS. ISID., *Præfatio* V-VI.



permitteretur mulieri rem familiarem diutius libere ordinare, tum deinde responderet objectis.<sup>33</sup>

Similiter omnes leges tam ecclesiasticæ quam et vulgares publicæque precipiunt.<sup>34</sup>

8. Item Leo papa de episcoporum defensione sinodo Calcedonensi scripsit dicens : ‘Quia non ignoramus per pravas æmulationes multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque episcopos<sup>□</sup> injuste sedibus pulsos, et in exilia deportatos, atque in locum superstitem alios substitutos, his primitus vulneribus adhibeatur medicina justitiæ. Nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem ita errorem omnes relinquunt, ut nemini quidem perire honor debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio suo jus proprium reformetur.’<sup>35</sup> Eadem antiqui apostolici qui ante sinodum Nicenam fuerunt sanxerunt ; eadem sinodus quæ habita est in Lamsaco<sup>□36</sup> sub Valentiniano loquitur ; eadem plurimæ Romanæ sinodus testantur. Sicut autem<sup>□</sup> de mulieribus et sæcularibus hominibus hæc constituta sunt, ita multo magis ecclesiasticis viris et sacerdotibus sunt concessa. Hæc eadem ecclesiastica jura jubent et sæculi leges precipiunt.<sup>37</sup>

9. Sicut autem militi ex multis armis illa sufficiunt quæ ferre congruenter super se poterit<sup>□</sup>, sic defendenti se in concilio vel aliquam rem probanti de multis sententiis una aut duæ sufficiunt. Quoniam sicut cum uno telo aut duobus inimicum superamus<sup>□</sup>, sic cum una aut duabus sententiis auctoritate plenis<sup>h</sup> æmulum vincimus<sup>□</sup>, et precipue si auctoritas Romani pape<sup>i</sup> adest, cujus sublimitatem nemo episcoporum contradicere potest.<sup>38</sup>

<sup>33</sup> cf. EUSEB. CÆS. apud RUFIN., *Hist.* IV, 17, 7 (p. 361).

<sup>34</sup> PS. ISID., *Præfatio* VI.

<sup>35</sup> LEO M., *Epist.* 93, 3.

<sup>36</sup> Concile de Lampsaque, 364 ou 368.

<sup>37</sup> PS. ISID., *Præfatio* VI : plurimosque fratres i. ; in Lamsa s. (*sed* Lamsaco *B corr.*) ; Si enim de.

<sup>38</sup> PS. ISID., *Præfatio* VI : se pregerit, sic ; inimicum vincimus, s. ; æmulum superamus.

1. In quodam concilio quidam, sive æmuli sive nescii, contradicebant Marcialem patronum Aquitaniæ esse apostolum Christi, quia ejus nomen in Evangeliiis non legitur. Quibus assertores veritatis periti has duas sententias auctoritate plenas opposuerunt dicentes : « Vere scimus quia unus est de discipulis Domini qui eum in carne secuti sunt, et eum postea predicaverunt. » Item dixerunt : « Vere scimus quia a Domino cum aliis apostolis potestatem ligandi et solvendi accepit. » Quibus omnis sinodus respondit : « Si unum ex his duobus utrum est verum, nulla dubitatio est eum vere apostolum Christi esse, quia Paulus et Barnabas et Thimotheus non de duodecim<sup>l</sup> sunt, et tamen apostoli Christi sunt. »<sup>39</sup> Item veritatis assertores dixerunt : « Sciat presens omne concilium quia Johannes papa Romanus, auctoritate sua sancta, predicat et confitetur Marcialem apostolum Dei esse (et ecce epistula ejus quam in Galliis propter hoc direxit),<sup>40</sup> et quia in basilica sancti Petri Romæ altare beati Marcialis in testimonio apostolatus ejus nuper construxit et dedicavit. » Ad hæc responderunt omnes : « Sufficit nobis de hac re rationabilis et plena dignitatis auctoritas quia primus inluminator Galliæ Marcialis vere apostolus Christi est. » Itaque ad alia transeamus, quia de hoc satisfactum est.

2. Item Hisidorus dicit : Sinodorum congregandarum auctoritas apostolicæ sedi privata commissa est potestate. Nec ullum concilium episcoporum<sup>l</sup> ratum esse potest, nisi fuerit ejus auctoritate congregatum vel fultum. Hæc canonica testatur auctoritas ; hæc Historia ecclesiastica roborat ; hæc sancti patres confirmant. Scire<sup>l</sup> episcopos et reliquos Domini sacerdotes oportet quia illa quæ sunt per unamquamque provintiam ipsius provintiæ sinodus dispensare debet<sup>l</sup>, sicut Niceno constat decretum esse concilio.<sup>41</sup>

<sup>39</sup> cf. HIER., *Vir. ill.* v (éd. Herding, p. 10).

<sup>40</sup> Il s'agit de la lettre de Jean XIX attribuée à Adémar par Louis Saltet : cf. SALTET (Louis), « Une prétendue lettre... ».

3. Item Innocentius papa ait : Si quæ causæ vel contentiones inter clericos et laicos, vel inter clericos tam majoris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortæ, placuit ut secundum sinodum Nicenam congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis iudicium terminetur.<sup>42</sup>
4. Item sanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinus episcopus meminit suis in epistulis quia tam magnæ auctoritatis est concilium Nicenum, ubi psalmus *Quicumque vult* editus est, ut etiam de Pascha observando, quod hucusque magnum errorem per omnem orbem habebat, statuerit talem regulam dictante Spiritu Sancto : Statuit Nicenum concilium<sup>□</sup> ut ab octavo idus martii<sup>43</sup> usque in diem nonas aprilis<sup>44</sup>, diebus scilicet viginti et octo, qualiscumque luna fuerit nata, in quolibet medio spatio, ipsam omnes teneant paschalem lunationem, quia ipsa luna prima facit initium primi mensis. Quartam decimam vero, a duodecimo kalendas aprilis<sup>45</sup> usque in quarto decimo kalendas mai<sup>46</sup>, sollertim inquiri precepit. Et si die sabbatorum inciderit, consequenti die dominico, id est luna quarta<sup>□</sup> decima, Pascha Christianorum celebrare conscripsit. Et si die dominico luna quarta decima ejusdem mensis aprilis, id est primi mensis qui primus est naturaliter in mensibus anni, evenerit, ipsa ebdomada transmissa, ne cum Judeis Pascha faciamus, ad alterum diem dominicum Pascham sine dubio celebrare statuit<sup>□</sup>.<sup>47</sup>
5. Ad similitudinem Niceni concilii factum est magnum concilium Calcedonense, et item sinodus Constantinopoli edita : una<sup>□</sup> sub Justiniano imperatore, contra hæreticos<sup>□</sup> Origenem, Didimum, et Evagrium ; et aliud concilium temporibus Agathonis papæ et Constantini imperatoris qui post sanctum Gregorium fuit, contra hære-[fol. 117]-ticos Macharium episcopum et Stephanum ejus discipulum, ac reliquos episcopos Dei impugnatores.<sup>48</sup>

<sup>41</sup> PS. ISID., *Præfatio* VIII-IX : Nec ullam synodum ratam esse ; auctoritate congregatam vel fultam ; Scire autem vos, octoginta episcopos, (...) et cunctos r. ; sinodus dispenset, s.

<sup>42</sup> PS. ISID., *Præfatio* IX.

<sup>43</sup> Le 8 mars.

<sup>44</sup> Le 5 avril.

<sup>45</sup> Le 21 mars.

<sup>46</sup> Le 18 avril.

<sup>47</sup> PS. ISID., *Præfatio* IX : In Niceno concilio statuum esse ut ; spatio perhibet facere i. ; luna quinta d. ; celebrare conscripsit.

<sup>48</sup> PS. ISID., *Præfatio* X : Constantinopoli condita unum s. ; contra Dei impugnatores O.

6. Omnes enim hæretici Dei impugnatores sunt et testes Antichristi, sicut sancti apostoli, qui Dominum in carne videntes adnuntiaverunt eum per provincias mundi, testes fuerunt domini nostri Jesu Christi, quia testimonium ejus prohibuerunt sicut eum viderant et ab eo docti fuerant, ideoque invincibiles resurrectionis Christi testes fuerunt, quibus dictum est : *Beati oculi qui vident quæ vos videtis.*<sup>49</sup> Hæretici autem testes Antichristi sunt, et vinum purum spiritualiter miscent<sup>□</sup> aquæ turbidæ, et proximo potum dant eversione turbida<sup>□</sup>, et pro frumento zizania ecclesiis seminant, et tamquam agnos se simulant lupi, pro veritate accipiunt mendacium, et veritatem<sup>□</sup> ut mendacium refutant.<sup>50</sup>

---

<sup>49</sup> Luc. 10, 23.

<sup>50</sup> PS. ISID., *Præfatio* X : Vinum miscuerunt a. ; potum dederunt eversionem turbidam, pro frumento zizaniam ecclesiis seminavere, et tamquam agni simulabant l. ; et veritas ut mendacium refutabatur.

<ORDO HISPANORUM DE CELEBRANDO CONCILIO><sup>k</sup> 51

## [[III

1. De concilio celebrando Hisidorus dicit : Ideo scribimus<sup>q</sup> qualiter apud Hispaniam solemus celebrare<sup>l</sup> concilium, ut qui sequi voluerint ordinem nostrum sciant qualiter hoc agere debeant. Qui autem propria consuetudine, vel sua vel Romana, hoc agere melius iudicaverint<sup>q</sup>, in eorum est potestate, si tamen juste et regulariter et sapienti consilio egerint.<sup>52</sup>

2. Apud Hispaniam ita fit : Hora diei prima ante solis ortum, eiciuntur<sup>m</sup> omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis, ad unam januam per quam sacerdotes ingredi oportet hostiarii stant<sup>no</sup>. Et convenientes omnes episcopi, pariter introeunt<sup>o</sup>, et secundum ordinationis suæ tempus resident<sup>po</sup>. Post ingressum omnium episcoporum atque consessum, vocantur<sup>qo</sup> presbiteri quos causa probaverit introire, nullusque se inter eos ingerit<sup>q</sup> diaconorum. Post hos ingrediuntur<sup>q</sup> diaconi probabiles, quos ordo poposcit<sup>q</sup> interesse. Et corona facta de sedibus episcoporum, presbiteri a tergo eorum resident<sup>q</sup> ; quos tamen sessuros secum metropolitanus eligit<sup>q</sup>, qui utique et cum eo iudicare aliquid et definire possint. Diaconi vero in conspectu episcoporum stant<sup>q</sup>. Deinde ingrediuntur<sup>q</sup> laici qui electione conjugali interesse meruerint<sup>q</sup>. Ingrediuntur quoque et notarii, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit, et obserantur janua<sup>o</sup>.<sup>53</sup>

3. Sedentesque in diuturno silentio sacerdotes, atque cor totum habentes ad Dominum<sup>q</sup>, dicit archidiaconus : « Orate ! » Statimque in terram omnes prosternuntur<sup>q</sup>, tam episcopi quam presbiteri.

<sup>51</sup> cf. *Ordo cel. conc.* 2 (p. 176-186).

<sup>52</sup> PS. ISID., *Præfatio* IV : In principio vero voluminis hujus, posuimus qualiter apud nos celebratur c. ; melius elegerint, faciant quod justo canonicoque et sapientissimo consilio iudicaverint.

<sup>53</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* I : hostiarii stabunt ; tempus residebunt ; c., vocentur deinde presbiteri ; eos ingerat d. ; hos ingrediantur d. ; ordo poposcerit i. ; eorum residebunt ; metropolitanus elegerit, q. ; episcoporum stent. Deinde ingrediantur l. ; interesse meruerunt. Ingrediuntur q. ; r., obseratisque januis.

Et orantes diutius tacite cum fletibus atque gemitibus, unus ex episcopis senioribus surgens orationem palam fundit<sup>□</sup> ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus.<sup>54</sup>

---

<sup>54</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* I : ad Deum, dicturus est a. ; omnes prostrabuntur, t. ; palam fundat ad Deum, c.

***Oratio diei primi.*****[IV]**

1. Oremus : « Adsumus, Domine Sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem inmanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter adgregati. Veni ad nos et esto nobiscum, et dignare illabi in cordibus nostris. Doce nos quid agamus, quo gradiamur, et ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus et suggestor et effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre et ejus filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summam diligis æquitatem, ut in sinistrum nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat ; sed junge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in te unum, et in nullo deviemur a vero. Qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut et hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur premia sempiterna. »<sup>55</sup>

2. IN QUA oratio paterna non dicitur<sup>□</sup> nec benedictio, sed ipsa solummodo oratio confirmatur<sup>□</sup>.<sup>56</sup>

---

<sup>55</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* I : illabi cordibus.

<sup>56</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* I : non dicatur n. ; oratio confirmetur.

*ITEM ORATIO diei secundi<sup>d</sup>.*

[[V

Oremus : « Nostrorum tibi, Domine, curvantes genua cordium, quæsumus ut bonum quod nobis a te requiritur exsequamur, scilicet ut prompta tecum sollicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes, clareamus studiis tibi placitæ actionis. »<sup>57</sup>

---

<sup>57</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio III : sine rubrica (sed Oratio diei secundi B)*.



*ITEM ORATIO diei terti<sup>i</sup>.*

## ¶¶VI

1. Oremus : « Ad te, Domine, interni clamoris vocibus proclamantes, unanimiter postulamus ut respectu tuæ gratiæ solidati precones virtuti<sup>¶</sup> efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui. »<sup>58</sup>
2. Finita autem oratione et responso ab omnibus « Amen », rursus dicit<sup>¶</sup> archidiaconus : « Erigite vos ! » Confestim omnes surgunt<sup>¶</sup>, et cum omni timore Dei et disciplina tam episcopi quam presbiteri sedent<sup>¶</sup>.<sup>59</sup>
3. Sicque omnibus in suis locis in silentio consedentibus, diaconus alba indutus codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiat<sup>¶</sup> : id est de concilio Toletano quarto, æra octava decima<sup>60</sup> ; item ex concilio Toletano quinto<sup>¶</sup>, æra secunda<sup>61</sup> ; item ex capitulis orientalium patrum, quæ Martinus episcopus de greco in latinum vertit, æra octava decima, de sinodo facienda ; item ex concilio Calcedonense, æra nona decima<sup>62</sup> ; item ex concilio Agathense, æra tricesima quinta<sup>63</sup> ; vel aliud de canonibus quod metropolitano aptius visum fuerit ut legatur.<sup>64</sup>
4. Finitis autem titulis, metropolitanus episcopus concilium alloquatur exhortatione ita dicens.<sup>65</sup>

---

<sup>58</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* IV : sine rubrica (sed Oratio diei tertii B) ; precones virtutis e.

<sup>59</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : rursus dicat a. ; omnes surgant, et ; presbiteri sedeant.

<sup>60</sup> Concile de Tolède IV, 633.

<sup>61</sup> Concile de Tolède V, 636.

<sup>62</sup> Concile œcuménique de Calcédoine, 451.

<sup>63</sup> Concile d'Agde, 506.

<sup>64</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : agendis pronuntiet : i. ; Toletano IV, æra III.

<sup>65</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II.

**CONJURATIO vel exhortatio metropolitani episcopi.****[]VII**

1. « Ecce sanctissimi sacerdotes, premissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio, et per divinum nomen obtestor ut ea quæ a nobis de Deo et de sacris ordinibus vel sanctis moribus vobis fuerint dicta cum omni pietate suscipiatis, et cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis nostrum aliter quam dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo contentionis, in nostrorum omnium copulatione ea ipsa de quibus dubitaverit conferenda reducat, qualiter Deo auxiliante, aut doceri possit aut doceat. Deinde simili vos obtestatione conjuro vel obsecro ut nullus vestrum in judicando aut personam accipiat, aut quolibet favore vel munere pulsatus, a justo iudicio scienter avertatur aut discedat. Sed cum tota pietate quicquid coetui nostro se iudicandum intulerat<sup>□</sup> retractate, ut nec discordans contentio ad subversionem iustitiæ inter nos locum inveniatur, nec idem in perquirenda æquitate vigor vestri<sup>□</sup> ordinis vel sollicitudo tepescat. »<sup>66</sup>

2. Post hanc exhortationem intrant<sup>□</sup> omnes, quicumque fuerint (presbyteri, diaconi, vel religiosi universi), ad audiendam doctrinam. Sicque archidiaconus legit<sup>□</sup> canonem Toletani concilii undecimi æra prima<sup>67</sup>, ne tumultu concilium agitetur. Quo canone perlecto, concilium Ephesinum ex ordine perlegitur<sup>s□</sup>. Deinde collatio pariter et instructio de misterio sanctæ Trinitatis habeatur ; simulque et de officiorum ordinibus, si in omnium sedibus ejusdem celebritatis unitas teneatur. Pro his quoque causis, prout spatium diei permiserit. Sed et epistolæ papæ Leonis<sup>68</sup> ad Flavianum<sup>69</sup> episcopum de erroribus Euticetis<sup>70</sup> et misterio<sup>□</sup> Trinitatis leguntur ; canones quoque etiam de unitate officiorum. Nec ad aliud aliquid ante<sup>□</sup> transiatur<sup>t</sup>, quam ista omnia explicentur. Ita tamen ut in totos tres dies lætaniarum, nihil aliud agatur nec retractetur<sup>□</sup>, nisi sola collatio de misterio sanctæ Trinitatis, et de ordinibus sacris, vel officiorum institutis ; ita ut hæc omnia partiantur per prefatos<sup>□</sup> tres dies, ut nihil

<sup>66</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : iudicandum intulerit r. ; vigor nostri (*sed vestri B*) o.

<sup>67</sup> Concile de Tolède XI, 672.

<sup>68</sup> Léon I, 440-461 : *Tomus ad Flavianum*, 13 juin 449.

<sup>69</sup> Flavien de Constantinople.

<sup>70</sup> Eutices, 370-p. 448.

aliud<sup>□</sup> ut dictum est, nisi sola quæstio de his quæ predicta sunt, habeatur ; ita ut lec-[fol. 117v]-tio  
semper congruens capitulo et rei, quæquæ<sup>□</sup> est, antecedit.<sup>71</sup>

---

<sup>71</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : e. introibunt omnes ; archidiaconus lecturus est c. ; ordine perlegatur ; misterio sanctæ Trinitatis legendæ sunt ; aliquid antea (*sed ante B*) t. ; nec retractentur (*sed retractetur B*), n. ; per totos illos t. ; aliud sit u. ; c. ordinis causæ quæ querenda est.

1. Post hæc in quarto die, reliqua per ordinem **admittuntur**<sup>¶</sup>. Sicque omnes qui de religiosis in retroactis diebus pro spirituali instructione interfuerant in concilio, foras **egrediuntur**<sup>¶</sup>, residentibus aliquibus presbiteris in concilio quos metropolitanus probaverit **eligendos**<sup>¶</sup>.<sup>72</sup>
2. Per singulos tamen illos tres dies<sup>¶</sup> lætaniarum, episcopi vel presbiteri cum admonitore primum orationibus se **prosternunt**<sup>¶</sup>, sicque collecta a metropolitano oratione **consurgunt**<sup>¶</sup>, et de divinis tantum ut dictum est rebus **collationem habent**<sup>¶</sup>. In reliquis autem diebus, cunctis adstantibus oratio **colligitur**<sup>¶</sup>, sic consedentes causarum negotia juste et religiose **tractant**<sup>¶</sup>. Nullus tamen tumultus, aut inter consedentes, aut<sup>¶</sup> inter adstantes **habetur**. Eodem tamen modo eodemque ordine ad concilium omnes per singulos dies **ingrediuntur**<sup>¶</sup> quo superius jam premissum est. Nam et si presbiteri reliqui aut diaconi, clerici **etiam** sive laici de his qui foris steterint appellandum pro qualibet re crediderint concilium, ecclesiæ metropolitanæ archidiacono causam suam **intimant**<sup>¶</sup> et ille concilio **denuntiat**<sup>¶</sup>. Tunc illis et introeundi licentia singillatim et proponendi **conceditur**<sup>¶</sup>. Nullus autem episcoporum a coetu communi **secedit**<sup>¶</sup>, antequam hora generalis secessionis adveniat. Concilium quoque nullus **solvere audet**<sup>¶</sup>, nisi fuerint cuncta determinata. Ita ut quæcumque **libratione communiuntur**<sup>¶</sup>, singulorum episcoporum manibus subscribantur ; ita tamen, ut ante duos aut tres dies quam solvatur concilium, omnes constitutiones a se editas diligenti consideratione retractent, ne in aliquo offendissent.<sup>73</sup>
3. Item in die quo concilium absolvendum est, canones qui in sancta sinodo instituti sunt coram ecclesia in publico releguntur. Quibus explicitis<sup>¶</sup>, **respondetur**<sup>v</sup> in choro : « Amen. » Deinde ad locum redeunt ubi in concilio **resederant**<sup>¶</sup>, canones ipsos **subscribunt**. **Admonentur** quoque a metropolitano de Pascha venturo, **quoto** veniat die. **Admonentur** quoque<sup>¶</sup> quo tempore

<sup>72</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : reliquæ per ordinem admittendæ sunt ; foras egrediantur, r. ; probaverit honorandos.

<sup>73</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : dies rogationum lætaniarum ; se prosternant, s. ; o. consurgant, et ; r. consultationem habeant ; oratio colligenda est, et s. ; religiose cogitent ; tumultus inter (*sed* tumultus aut inter consedentes aut i. B) adstantes habeatur ; d. ingrediantur quo ; s. intiment et ; concilio denuntiet ; proponendi concedatur ; communi secedat, a. ; solvere audeat, n. ; quæcumque deliberatione (*sed* liberatione B) communi finiuntur, s.

superventuro anno ad faciendum concilium veniant. Eliguntur<sup>q</sup> etiam de episcopis qui cum metropolitano dies festos Natalem<sup>q</sup> Domini et sanctum Pascha debeant celebrare. Post hæc dicente archidiacono : « Orate ! », omnes simul in terra pariter se prosternunt<sup>q</sup>. Ubi diutissime orantes, hanc unus ex majoribus orationem dicit<sup>q</sup>.<sup>74</sup>

---

<sup>74</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : Quibus expletis (*sed explicitis B*), respondeatur in ; c. resederunt, canones ipsos subscribant. Admonendi q. ; venturo, quo v. ; Admonendi etiam sunt quo tempore supervenienti a. ; Eligendi etiam ; festos natalis D. ; se prosternant ; orationem dicat.

**ORATIO IN SOLUTIONE CONCILII<sup>75</sup>****¶VIII**

OREMUS : « Nulla est humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffense possit tuæ voluntatis iudicia expedire. Et ideo quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quæsumus, quæ perfecto æquitatis fine concludere preoptamus<sup>75</sup> ; te in nostris principiis occursores poposcimus ; te quoque in hoc fine iudiciorum nostrorum excessibus adesse precamur, scilicet ut ignorantia parcas, ut errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris. Et quia conscientia remordente tabescimus ne aut ignorantia<sup>w</sup> nos traxerit in errorem, aut precepta forsitan voluntas impulerit iustitiam declinare, ob hoc te poscimus, te rogamus ut si quid offensionis in hac concilii celebritate adtraximus, condonare ac remissibile facere digneris clementia tua, ut in eo quod soluturi sumus aggregatum concilium, a cunctis primum absolvamur nostrorum nexibus peccatorum<sup>76</sup>. Qualiter et transgressoribus<sup>76</sup> venia, et confitentibus tibi subsequatur remuneratio sempiterna. »<sup>75</sup>

Huic orationi, oratio paterna adjungitur<sup>76</sup>, et cunctis adhuc jacentibus hæc benedictio explicatur<sup>76</sup>.

<sup>75</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio II* : sine rubrica (sed Oratio B) ; concludere preoptamus (sed preoptamus B) ; nexibus delictorum ; et transgressores venia, et confitentes t.

<sup>76</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio II* : p. adjungatur, et ; benedictio explicetur.

***BENEDICTIO IN SOLUTIONE CONCILII.***

**¶IX**

« Christus Dei filius qui est initium et finis, complementum vobis tribuat caritatis, amen !

Et qui vos ad expletionem hujus fecit pervenire concilii, absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti, amen !

Ut<sup>¶</sup> ab omni reatu liberiores effecti, absoluti etiam per donum Spiritus Sancti, feliciter reditum<sup>¶</sup> vestrarum sedium cubilia repetatis illesi, amen !

Quod ipse prestare dignetur, cujus regnum et imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum, amen !

Benedictio Dei patris omnipotentis et filii et Spiritus Sancti super vos descendat, amen ! »<sup>77</sup>

Quibus expletis, dum<sup>¶</sup> dictum fuerit ab archidiacono : « In nomine domini nostri Jesu Christi eamus cum pace ! », omnes ilico pariter exsurgentes, residente metropolitano, ab ipso primum incipiente osculum sibi invicem omnes pariter dant<sup>¶</sup>. Sicque data sibi invicem pace, conventus concilii absolvitur<sup>¶</sup>.<sup>78</sup>

EXPLICIT *ORDO HISPANORUM DE CELEBRANDO CONCILIO.*

---

<sup>77</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : Et (*sed Ut B*) ab ; S., felici reditu v.

<sup>78</sup> PS. ISID., *Ordo de celebrando concilio* II : e., cum dictum ; pariter dabunt ; c. absolvatur.

**ORDO QUALITER FIT CONCILIUM APUD LEMOVICAM URBEM.<sup>79</sup>****[IX]**

1. PRIMITUS INCIPIENTE AURORA, missam audiunt omnes episcopi. Deinde clarescente die, induunt se ornati vestimentis cum cappis Romanis, et unusquisque virgam pastoralem in manu gestat ; et exeunt foras hostium basilicæ sancti Stephani ad claustra, et nullus remanet in ecclesia preter hostiarios et abbatem sancti Marcialis.
2. Tunc abbas clamat dicens : « Procedant episcopi ! » Tunc intrant omnes episcopi ordinate unus post unum, honore se invicem prevenientes, et resident sicut primas Lemovicensis disponit ; et archiepiscopum Bituricensem superiorem omnibus sedere jubet, quia archiepiscopus Bituricensis, sicut antiquitus mos est, primatem Lemovicensem consecrat, et ipse archiepiscopum ipsum consecrat, nullus alius episcoporum, nisi forte primas Lemovicensis jusserit.
3. Tunc ornatur vestimentis sacris abbas sancti Marcialis cum aliis abbatibus ; et habent virgas pastorales in manibus, et stant foris ad hostium. Tunc primas Lemovicensis, vel unus de episcopis cui ipse jusserit, pergit<sup>x</sup> ad hostium et dicit<sup>y</sup> : « Procedant abbates ! » Tunc intrant abbates unus post unum, honore se invicem prevenientes ; et abbatem sancti Marcialis jubet primas Lemovicensis juxta se in alia cathedra considerare in ipsa corona episcoporum. Alios abbates facit sedere primas Lemovicensis prout disposuerit.
4. Tunc jubet archidiaconum pergere ad hostium, et dicere : « Procedant presbiteri ! » Tunc soli presbiteri introeunt. Deinde jubente primate, resideant prout disposuerit primas, hoc est post episcopos, vel inter abbates.

---

<sup>79</sup> = *Ordo cel. conc.* 27 (p. 576-579).



5. Deinde dicat archidiaconus : « Procedant diacones et ceteri clerici ! » Tunc diacones et monachi et reliqui clerici intrant. Deinde electi laici quos primas voluerit nominatim ab archidiacono vocantur<sup>z</sup> et intrant, et clauditur janua.

6. Tunc jubet primas archidiaconum vestibus sacris indui cum dalmatica. Et cum steterit ante altare sancti Stephani, dicit<sup>aa</sup> excelsa voce archidiaconus antiphonam *Exaudi nos, Domine...*<sup>80</sup>, cum psalmo *Salvum me fac Deus...*<sup>81</sup>, et cum *Gloria*. Deinde innuit<sup>bb</sup> primas cui voluerit aut de episcopis aut de abbatibus ut incipiat lætanium modulando, et dicatur lætania, omnibus in uno loco stantibus versis vultibus ad altare sive ad orientem. Et cum finita fuerit, innuit primas archiepiscopo vel uni ex senioribus episcopis ut dicat : « Oremus. » Tunc diaconus dicit<sup>cc</sup> : « Flectamus genua ! » Tunc omnes positis genibus diutius profundis gemitibus et lacrimis orant, nec ante dicit<sup>dd</sup> diaconus : « Levate ! », quousque jubeatur a primate. Et postquam diutius secrete oraverint, incipiat primas quinque psalmos : *Ad Dominum cum tribularer...*<sup>82</sup>, pro pace et salute tocius sanctæ Ecclesiæ ; et finitis psalmis dicit diaconus : « Levate ! »

7. Tunc omnes surgunt, et dicit archiepiscopus capitula et preces pro pace et tribulatione, et pro peccatis, et pro rege, et pro Ecclesia, et pro semetipsis, et pro defunctis : ‘Da pacem, Domine, in diebus nostris’,<sup>83</sup> *Fiat pax in virtute tua...*<sup>84</sup>, ‘Da nobis, Domine, auxilium de tribulatione’<sup>85</sup>, *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur...*<sup>86</sup>, *Peccavimus cum patribus nostris...*<sup>87</sup>, *Domine, non secundum*

---

<sup>80</sup> cf. Ps. 68, 17.

<sup>81</sup> Ps. 68.

<sup>82</sup> Ps. 119.

<sup>83</sup> = CAO 2090.

cf. Eccli. 59, 25.

<sup>84</sup> Ps. 121, 7.

<sup>85</sup> = CAO 2089.

cf. Ps. 59, 13 et 107, 13.

<sup>86</sup> Ps. 106, 6.

<sup>87</sup> Ps. 105, 6.

*peccata nostra...*<sup>88</sup>, *Domine, salvum fac regem...*<sup>89</sup>, *Salvos fac servos tuos et ancillas tuas...*<sup>90</sup>, *Mitte eis, Domine...*<sup>91</sup>, *Salvum fac populum tuum Deus...*<sup>92</sup>, *Fiat misericordia tua Deus super nos...*<sup>93</sup>, *Et veniat super nos...*<sup>94</sup>, *Sacerdotes tui induantur justitiam...*<sup>95</sup>, *Oremus pro fidelibus defunctis...*, *Domine exaudi orationem meam...*<sup>96</sup> Et mox incipit orationem, [fol. 118] modulando<sup>ee</sup> ita dicens : « Actiones nostras quas Domine... », et dicat : « per Dominum nostrum... »

8. Deinde diaconus legit Evangelium : *Cum esset sero die illa...*,<sup>97</sup> usque ad eum locum ubi dicit : *Et quorum retinueritis retenta sunt.*<sup>98</sup>

9. Secundo die dicunt alios psalmos quinque<sup>ff</sup> : *Qui confidunt*, et ceteros...<sup>99</sup> orationem : « *Deus qui apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum...* » ; Evangelium : *Convocatis Jesus duodecim<sup>gs</sup> apostolis...*<sup>100</sup>

10. Tercio die dicunt alios quinque<sup>hh</sup> psalmos : *De profundis*, et ceteros...<sup>101</sup> orationem : « *Sancti Spiritus Domine corda nostra...* » ; Evangelium : *Designavit Dominus et alios septuaginta<sup>ii</sup> duos...*<sup>102</sup>

11. Post Evangelium finitum, sedent<sup>jj</sup> omnes. Tunc lector in medio lectionem opportunam concilio legit. Et dum innuente primate, dicit : « Tu autem... », dicit archiepiscopus : *Adjutorium nostrum in nomine Domini...*<sup>103</sup> Respondent omnes : *Qui*

---

<sup>88</sup> Ps. 102, 10.

<sup>89</sup> Ps. 19, 10.

<sup>90</sup> cf. Ps. 85, 2.

<sup>91</sup> cf. Ps. 19, 3.

<sup>92</sup> cf. Ps. 85, 2.

<sup>93</sup> Ps. 32, 22.

<sup>94</sup> Ps. 118, 41.

<sup>95</sup> Ps. 131, 9.

<sup>96</sup> Ps. 101, 2.

<sup>97</sup> Joh. 20, 19 : d. illo ; sic VL.

<sup>98</sup> Joh. 20, 23 : eis r. detenta s. ; sic VL.

<sup>99</sup> Ps. 124.

<sup>100</sup> Luc. 9, 1 : C. autem d.

<sup>101</sup> Ps. 129, 1.

<sup>102</sup> Luc. 10, 1.

<sup>103</sup> Ps. 123, 8.

*fecit cælum et terram.*<sup>104</sup> Tunc unus cui jussum fuerit levat se in edito loco ubi ab omnibus audiatur, et facit sermonem de Evangelio et de lectione.

12. Secundo et tercio die, omnem populum jubent episcopi intrare in ecclesiam ad audiendam doctrinam. Post sermonem factum, exeant omnes ab ecclesia, nisi illi quos episcopi retinuerint secum, et incipiunt<sup>kk</sup> loqui et consilium inter se accipere, de utilitate sanctę Ecclesię et de his causis pro quibus congregati sunt, et constitutiones a se factas scribunt<sup>ll</sup> in tomo, et usque ad horam nonam in concilio sedent.

13. Tercio die denuntiant populo ut crastina die congregentur omnes in basilicam Salvatoris ad sanctum Marcialem, et ibi constitutiones suas tam de pace quam de aliis causis populo demonstrant. Illos qui rebelles sunt contra pacem et justitiam et sanctam Ecclesiam Dei, omnes excommunicant episcopi. His autem qui oboedientes sunt sanctis canonibus, dant benedictionem. Et postquam singuli episcopi dicentibus singulis diaconis : « Humiliate vos ad benedictionem ! » benedictiones episcopales singulas dixerint super populum, dant<sup>mmm</sup> sibi invicem pacis osculum, et omnis populus invicem ; et sic absolvitur concilium, et omnes redeunt ad sua, nisi illi quos primas Lemovicensis verbo suo ligat, ut non abscedant sine oris sui propria et spontanea absoluteione, propter confirmandam justitiam et pacem.

EXPLICIT DE CONCILIO.

---

<sup>104</sup> Ps. 123, 8.

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI PETRI.**

*Dicta beati Petri ad ædificationem episcoporum et sanctæ Ecclesiæ, collecta ex scriptis beati Clementi papæ.*

**[XI]**

1. Beatus Petrus a Domino pastor summus tocius Ecclesiæ factus, verè fidei merito et integræ predicationis optentu, fundamentum Ecclesiæ ab ipso Domino definitus est. Qua de causa Dominus<sup>¶</sup> ore suo eum cognominavit Petrum, fecitque eum primitias electionis suæ et primum apostolorum. Cui et primo Deus Pater filium suum revelavit ; cui Christus competenter beatitudinem contulit ; qui vocatus<sup>¶</sup> et electus, et conviva Domini et comes effectus est, et tamquam bonus et probatissimus discipulus, occidentis obscuriorem mundi plagam velut omnium apostolorum potentior inluminare preceptus est a Domino, et integre potuit implere preceptum.<sup>105</sup>
2. Et licet in *Actibus apostolorum* non hoc legatur, tamen assertio veritatis est quia beatus Petrus cum patrono Aquitanicæ gentis Marciale condiscipulo et secundum carnem propinquo suo Antiochiam venit. De qua Romam cum eodem Marciale properavit, et monente se Domino eundem propinquum suum ad ulteriores gentes Galliarum in sortem apostolatus segregavit et direxit, quem sciebat perfecte posse gentem barbaram Christi legibus subjugare.
3. Hic denique Petrus pro<sup>¶</sup> inmensa caritate quam erga omnes homines gerebat, palam eum<sup>¶</sup> omni fidutia adversante etiam Nerone tiranno, tocius mundi bonum predicare non destitit, et regem omnium sæculorum a Hierosolim<sup>¶</sup> usque ad ipsius Romanæ urbis notitiam, ut ipsa salvaretur, invexit.<sup>106</sup>

<sup>105</sup> PS. ISID., *Clementis prima* 1 : c. Domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini primus a. ; vocatus est, et.

<sup>106</sup> PS. ISID., *Clementis prima* 1 : Petrus, qui (*sed pro B*) i. ; palam cum o. ; s. per omnem terram usque.

4. Et supradictum condiscipulum suum qui hebreus genere erat, omniumque gentium linguas per Spiritum Sanctum noverat, in extremam occidentis partem, hoc est in ulteriorem Galliam, Domino iubente direxit.<sup>107</sup> Qui et ipse tamquam egregius Christi discipulus, regem omnium sæculorum a Hierosolimis usque ad Burdegalam maritimam Galliæ urbem, ut tota Aquitania specialiter per ipsum salvaretur, invexit,<sup>108</sup> et regem Galliarum Stephanum cum omnibus principibus ejus sacro fonte perfudit.<sup>109</sup> Hic beatus Petrus a Roma his temporibus quibus Marcialem ad Aquitaniam direxit, Marcum etiam evangelistam genere hebreum, quem ipse post ascensionem Domini ad fidem vocaverat, in Ægyptum ad predicandum misit. De Marciale enim quod sic vere sit, ita veritas sese habet, ut nemo dubitare queat.

5. Beatus vero Petrus in ipsis diebus quibus vitæ finem sibi imminere<sup>o</sup> presensit, in conventu fratrum positus, apprehensa manu beati Clementis discipuli sui quem genere Romanum ex gentilibus ipse ad fidem vocaverat<sup>o</sup>, repente consurgens in auribus tocius Ecclesiæ dixit : « Audite me fratres et conservi mei ! Edoctus sum ab eo qui misit me, domino et magistro meo Jesu Christo, quia dies mortis meæ instat ;<sup>110</sup> ideo hunc Clementem vobis ordinare volo<sup>o</sup> episcopum. Illi soli meæ predicationis et doctrinæ et episcopatus cathedram tradam<sup>o</sup> qui michi ab initio usque in<sup>o</sup> finem comes in omnibus fuit, et per hoc veritatem tocius meæ predicationis agnovit. »<sup>111</sup>

6. Antequam enim Petrus Romam veniret, jam adhærebat ei beatus Clemens, sed tamen longe post ascensionem Domini a Petro conversus erat. Qui in omnibus temptationibus Petri<sup>o</sup> socius extitit fideliter perseverans. Dum enim Marcialis in Aquitaniam, Marcus in Ægyptum ad predicandum gentibus missi essent a Domino et beato Petro, Clemens cum Petro remansit Romæ, ut plenius ab eo erudiretur. Quem pre cæteris

<sup>107</sup> cf. *Vita Martial. II IV.*

<sup>108</sup> cf. PS. ISID., *Clementis prima I* : s. per omnem terram usque.

<sup>109</sup> cf. *Vita Martial. II XIII.*

<sup>110</sup> PS. ISID., *Clementis prima I* : sibi invenire (*sed imminere B*) p. ; manu mea, r.

<sup>111</sup> PS. ISID., *Clementis prima II* : vobis ordino episcopum. Cui s. ; cathedram trado, quoniam (*sed qui michi B*) ab ; usque ad (*sed in B*) f.

discipulis quos secum habebat expertus erat<sup>¶</sup> Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, scientem ferre nonnullorum etiam ex his qui in verbo Dei instituebantur<sup>¶</sup> injurias.<sup>112</sup>

7. « Propter quod, inquit Petrus, ipsi trado potestatem ligandi et solvendi a Domino mihi traditam, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit in cælis. Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet quod expedit solvi, tamquam qui<sup>¶</sup> ad liquidum Ecclesiæ regulam noverit. Ipsum ergo audite, scientes quia quicumque contristaverit doctorem veritatis, hoc est episcopos, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat Deum. Propter quod et vita carebit. Episcopos<sup>¶</sup> autem et omnes qui præsunt cæteris oportet medici vicem agere, et non feræ bestię furore commoveri, adjuvante Domino, cui est gloria in sæcula. »<sup>113</sup>

---

<sup>112</sup> PS. ISID., *Clementis prima* II : temptationibus meis s. ; expertus sum D. ; D. instituuntur injurias.

<sup>113</sup> PS. ISID., *Clementis prima* II : tamquam (*sed t. qui B*) ad ; Ipsum autem qui præest c.

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI PETRI, EXCERPTUM EX SCRIPTIS  
BEATI CLEMENTIS.**

**[XII]**

1. CUM Beatus Petrus beatum Clementem vellet ordinare in sua cathedra, ille<sup>□</sup> procidens ad pedes beati Petri, rogabat excusans se, et declinans honorem cathedræ vel potestatem.<sup>114</sup>
2. Cui Petrus<sup>□</sup> : « Pro hoc, inquit, ne rogaveris me : hoc enim fieri statutum est mihi, et eo magis<sup>□</sup> quo excusas. Quia cathedra episcopalis<sup>□</sup> eum qui cupit eam et audacter expetit non requirit, sed ornatum moribus et in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis michi alius adjutor tam sedulus extitisset<sup>□</sup>, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset<sup>™</sup>, sed et ecclesiasticas dispositiones a me tam plene<sup>□</sup> didicisset, habens alium talem, non te cogere bonum opus suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium quærere, cum primitias eorum qui ex gentibus per me salvantur, et precipue hujus urbis, te primum obtulerim Deo. »<sup>115</sup>
3. Erat enim Clemens ipse ex gentilibus, genere Romanus ex nobilibus, longe post ascensionem Domini a Petro vocatus ad fidem. Quia enim tam egregius discipulus Petri fuit, si esset genere hebreus, sicut fuit Marcus Evangelista discipulus Petri qui ab eo conversus est, profecto [fol. 118v] ab ecclesia in sorte apostolica esset, et apostolus jure vocaretur, et esset sicut Paulus et Barnabas, et Matheus et Marcus : in sorte apostolica ponuntur a doctis.
4. Erant autem duo presbiteri sive episcopi Linus et Cletus cum beato Petro, qui cooperatores ei erant in officio ecclesiastico. Eo tempore presbiteri qui erant, ipsi erant

---

<sup>114</sup> PS. ISID., *Clementis prima* III : Ego procidens ad pedes ejus, rogabam excusans me, et.

<sup>115</sup> PS. ISID., *Clementis prima* III : At ille respondens ; et quo (*sed* et eo magis quo *P*) te excusas ; cathedra hæc eum ; sedulus astitisset, si ; et in e. ; tam plane (*sed* plene *D*) d.

episcopi. Hos duos cum Clemente reliquit Petrus, ut et eidem cooperatores essent sicut ipsi fuerant.<sup>116</sup>

5. 'Eodem modo doctor Aquitaniæ Marcialis, discipulus et conviva et comes Domini,<sup>117</sup> vivens ordinavit pro se in sua cathedra beatum Aurelium discipulum suum genere Lemovicenum, eruditum per viginti<sup>oo</sup> octo annos in omni ecclesiastica regula. Tot enim annos prefuit beatus Marcialis sedi Lemovicensi. At vero duos presbiteros vel episcopos discipulos suos Alpinianum et Austriclinianum, qui ab oriente in occidentem cum eo venerant, fueruntque ut vere episcopi cooperatores ejus in omnibus divinis obsequiis, reliquit Aureliano episcopo coadjutores episcopos. Ipsi enim ut tunc mos apostolorum erat, vocabantur presbiteri qui simul erant et *episcopi*.<sup>118,119</sup>

6. Item scribit beatus Clemens quia cum refugeret honorem episcopatum, convenit eum beatus Petrus dicens : « Hoc intueri, Clemens, quia si periculum peccati times suscipere, refugiens ecclesiæ gubernacula, certus esto quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus positum et periclitantem cum possis juvare subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, et non quod in commune omnibus expedit providens. Sed certus esto quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium obsecrando cessabo. Quanto ergo michi citius adqueveris, tanto me citius laboris et tristitiæ meæ merore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi et aliis omnibus episcopis tedia et molestiæ<sup>□</sup>, pericula etiam et obprobria ineruditi vulgi indocilisque ventura sunt<sup>□</sup>, quæ tu et alii episcopi scio quod<sup>□</sup> constanter et fortiter feretis<sup>□</sup>, respicientes ad illam spem quæ episcopis<sup>□</sup> apud Deum patientiæ preparat coronam. Sed et illud cupio omnes episcopos<sup>□</sup> tecum justa ratione perspicere : Quando maxima opera episcoporum<sup>□</sup> indiget Christus ? Nunc cum inimicus adversus sponsam ejus commovet bellum, an in futuro tempore quando Christus jam post victoriam triumphabit, nec ultra opera illius<sup>□</sup> indigebit ?

<sup>116</sup> cf. ADEMAR. CABANN., *Acta Lemov.* (PL, 142, col. 1376<sup>B</sup>) : Nam et beatum Petrum Linus et Cletus discipuli ejus sacerdotes, immo cum eis idem beatus Martialis condiscipulus ejusdem beati Petri, apud primam Romanam Ecclesiam inthronizasse creduntur.

<sup>117</sup> cf. *supra* XIV 1 p. 201 (PS. ISID., *Clementis prima* 1).

<sup>118</sup> cf. Act. 20, 28.

<sup>119</sup> cf. *Vita Martialis*. II XXIII.



Quis non etiam parvi sensus intelligat quod istud est temporis in quo operam Christianorum<sup>pp</sup> Christus requirit ? Tota igitur mente in presenti necessitate prebeant episcopi<sup>i</sup> operam suam, et auxilium in preliis exhibeant<sup>i</sup> regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro. Libenter ergo, o Clemens, suscipe episcopatus officium, eo maxime quo ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, ut salus eorum qui per nos confugerunt ad Deum nequaquam vacillet ! Veruntamen et breviter de episcopalis<sup>i</sup> dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium duxi. »<sup>120</sup>

7. Tunc beatus Petrus coram omnibus instruxit eum, deinde presbiteros, deinde diaconos, deinde omnes ordines Ecclesiæ et laicos ; deinde consecravit eum instructum in timore et amore domini nostri Jesu Christi, cui est gloria in sæcula.

---

<sup>120</sup> PS. ISID., *Clementis prima* III : et molestias, p. ; indocibilisque conciliem, q. ; scio quam (*sed* quod B, D) c. ; f. feres, respiciens ad ; quæ tibi a. ; cupio te m. ; opera tua i. ; opera ullius i. ; operam tuam C. ; n. prebe operam tuam, et ; p. exhibe regi optime (*sed* optimo P), r. ; breviter te de ipsius d.

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI PETRI, EXCERPTUM EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.**

*Dicta beati Petri apostoli ad episcopos.*

**[XIII]**

1. Oportet quidem episcopos<sup>□</sup> inreprehensibiliter vivere, et summo studio niti ut omnes vitæ hujus occupationes abiciant<sup>□</sup>. Nec fidejussores existant, ne advocati litium fiant, neve in ulla aliqua occupatione prorsus inveniantur<sup>□</sup> mundialis negotii occasione perplexi<sup>□</sup>.<sup>121</sup>
2. In die qua ordinavit episcopum beatum Clementem, hæc ei proprie locutus est. Cui iterum dixit : « Scito, o Clemens, quia nullatenus iudicem aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, ut ne prefocatus presentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare, et secundum veritatis regulam discernere bonos a malis. Tanta opera quæ episcopis<sup>□</sup> minus congruunt exhibeant sibi invicem dicentes, id est laici ; et episcopos<sup>□</sup> nemo occupet ab his studiis per quæ salus omnibus datur. Sicut autem episcopis<sup>□</sup> impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares, ita unicuique laicorum peccatum est nisi invicem sibi, etiam in his quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Episcopos<sup>□</sup> vero securos facere vacantes ex his quibus debent omnes laici communiter elaborent. Quod si forte a semetipsis hoc laici non intelligunt, per diaconos edocendi sunt, ut episcopis<sup>□</sup> solius Ecclesiæ sollicitudines derelinquant, quo ipsam ut dignum est dispensare sufficiant<sup>□</sup>, et veritatis verbo abundantius et studiosius deserviant<sup>□</sup>. Si enim mundialibus curis episcopi fuerint occupati<sup>□</sup>, et se ipsos decipient, et eos qui illos<sup>□□</sup> audiunt. Non enim poterunt<sup>□</sup> que<sup>□</sup> ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere. Et ex eo fit<sup>□</sup> ut et episcopi tamquam qui non docuerint<sup>□</sup> quæ ad salutem hominum pertinent, deponantur<sup>□</sup> a

<sup>121</sup> PS. ISID., *Clementis prima* IV : quidem te i. ; occupationes abicias ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, ne (*sed* neve B, D) in ; prorsus inveniaris m. ; occasione perplexus.

Domino, quia indigni sunt Deo, et discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco episcopi<sup>□</sup> ad hoc solum vacent ut oportune et sine intermissione doceant<sup>□</sup> verbum Dei, per quod salutem consequi possint. Laici<sup>□</sup> vero cum tanta reverentia verba episcoporum<sup>□</sup> suscipiant, ut sciant legatos<sup>□</sup> esse et precones veritatis illos, et quodcumque ligaverint super terram esse ligatum et in celo<sup>ss</sup>, et quodcumque solverint<sup>□</sup> etiam ibi esse solvendum. Quoniam quidem et episcopi<sup>□</sup>, ut dixi, quæ oportet ligabunt<sup>□</sup>, et quæ expedit solvent per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen. »<sup>122</sup>

---

<sup>122</sup> PS. ISID., *Clementis prima* IV : quæ tibi minus congruere superius exposuimus exhibeant ; et te n. ; Sicut enim tibi i. ; Te vero securum facere vacantem et (*sed ex B, D*) his quibus debes o. ; ut tibi s. ; dispensare sufficiat, et ; studiosius deservire ; curis fueris occupatus, et te ipsum decipias (*sed decipies P*), et ; e. poteris quæ ; eo fiet ut et tu t. ; non docueris q. ; pertinent, deponaris, et ; Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato ut ; i. doceas verbum ; Illi vero ; verba tua s. ; sciant legatum esse et preconem veritatis te, et quodcumque ligaveris super terram esset (*sed esse P*) l. ; quodcumque solveris etiam ibi esset (*sed esse P*) s. ; et tu, ut ; o. ligabis, et quæ expedit solves.

**SERMO IN SINODO PRESBITERORUM, EX DICTIS BEATI PETRI, COLLECTUM EX  
SCRIPTIS BEATI CLEMENTIS.**

*Dicta beati Petri apostoli ad presbiteros.*

[[XIV

1. Monemus presbiteros ante omnia ut pudicitiam studentes adolescentes laicos nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege preveniant. Sed nec in provectoribus<sup>□</sup> quidem curam habere hujusmodi neglegant, quia in multis etiam cum senuerit corpus, concupiscentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes occasione accepta tamquam venenum pessimum serpat in laicis<sup>□</sup>, cavere et antevenire necessarium est, ne quod in populo christiano<sup>□</sup> adulterii occultum coalescat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius est? Secundum namque in poenis optinet locum. Quoniam quidem illi primum habent qui aberrant a Deo, etiam si sobrie vixerint.<sup>123</sup>
2. Propter quod presbiteri specialiter Ecclesiam excolant<sup>□</sup>, et adornent sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico omnem ecclesiæ congregationem. Quæ si pudica fuerit inventa, ab sponso suo ingentibus ab eo donis et muneribus honorabitur<sup>□</sup>, et presbiteri velut ministri sponsæ et amici sponsi ingenti gaudio et letitia<sup>t</sup> perfruentur<sup>□</sup>. Si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tamquam indigna trudetur<sup>mm□</sup> regalibus thoris; presbiteri autem poenas dabunt, si forte per eorum negligentiam vel desidiam obreperit contagio sæva peccati. Idcirco igitur ante omnia sobrietatis et pudicitiae sollicitudinem gerant presbiteri<sup>□</sup>.<sup>124</sup>
3. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur<sup>□</sup> fornicatio. Cujus species quidem sunt plures, sed<sup>vv</sup> prima est virum propria uxore solummodo non esse contentum<sup>□</sup>, et mulierem non proprio tantum servare se viro.<sup>125</sup>

<sup>123</sup> PS. ISID., *Clementis prima* v : in provectoribus (*sed* provectoribus *P*) q. ; in vobis, c. ; in vobis a.

<sup>124</sup> PS. ISID., *Clementis prima* v : ecclesiam excolite, et adornate ; muneribus honoraliter (*sed* honorabitur *P*), et vos v. ; letitia perfruemini ; i. tradetur regalibus thoris, vos autem poenam debitis (*sed* dabunt *P*), si forte per vestram n. ; sollicitudinem gerite.

<sup>125</sup> PS. ISID., *Clementis prima* vi : crimen dicitur (*sed* ducitur *B*) f. ; esse contemptum, et.

4. Si ergo castus fuerit quis, potest et humanus et misericors fieri, per quod et ipse æternam a Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus et caritas tocius boni fastigium<sup>¶</sup> tenet. Et ideo presbiteri diligant<sup>¶</sup> omnes fratres suos, et cum religione ac misericordia respiciant<sup>¶</sup> ad omnes. Orphanis exhibeant semetipsos<sup>¶</sup> parentes, viduis virorum<sup>¶</sup> curam impendant, cum omni castitate quæ necessaria sunt prebeant<sup>¶</sup>. Juniores tamen viduas nuptiis copulent<sup>¶</sup>. His qui ignorant artificia, exquirant<sup>¶</sup> honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quærant. Artificibus vero opera provideant<sup>¶</sup>. Debilibus misericordiam faciant<sup>¶</sup>.<sup>126</sup>

5. Tunc beatus Petrus subjunxit : « Scio presbiteros hæc omnia facturos, si caritatem præ cæteris [fol. 119] et ante omnia in suo<sup>¶</sup> corde figant. Cujus caritatis et recipiendæ et habendæ maxime erit fomentum, si frequenter presbiteri inter semetipsos<sup>¶</sup> communem cibum suum mensamque faciant ; et in quantum unusquisque presbiter<sup>ww</sup> prevalet crebrius panes ac sales suos cum suis fratribus sumat ! Per hæc enim precipue caritas comparatur, et causa tocius boni in hujuscemodi communionem consistit. Ubi autem pax et bonitas, ibi et<sup>¶</sup> salus. Propter quod communes<sup>¶</sup> faciant cibos suos cum his qui secundum Deum fratres sunt, quia per hæc temporalia officia pacis et caritatis fructum<sup>¶</sup>, gaudia æterna merebuntur. Multo autem sollicitius esurientes reficiant, et sitientibus potum dent, et nudis vestimentum ; ægros visitent, et eos qui in carcere sunt prout possibile est juvent ; peregrinos satis prompte in domibus suis suscipiant. »<sup>127</sup>

6. Item subjunxit beatus Petrus : « Ne omnia nunc singillatim dicam, inquit, omne bonum ipsa per se, si in presbiteris<sup>¶</sup> fuerit caritas, facere eos<sup>¶</sup> docebit, sicut e contrario eos qui a salute alieni sunt omne malum facere odium docet.<sup>128</sup>

<sup>126</sup> PS. ISID., *Clementis prima* VII : boni fatigium (*sed fastigium P*) t. ; i. diligite omnes fratres vestros, et ; m. respicite ad ; Orphanis exhibete vosmetipsos p. ; v. victorum (*sed virorum P*) curam impendite, cum omnia (*sed omni P*) castitate ; sunt prebentes ; nuptiis copulatæ ; a., exquirite honestas ; opera provideate ; misericordiam facite.

<sup>127</sup> PS. ISID., *Clementis prima* VII : in vestro corde figatis (*sed figant P*) ; inter vosmetipsos communem cibum vetrum mensamque faciatis, et ; ibi est (*sed et B*) s. ; quod commune (*sed communes P*) facite cibos vestros c. ; caritatis fructibus, gaudia æterna merebimini ; esurientes reficite, et ; potum date, et ; ægros visitate, et ; est juvate, p. ; domibus vestris suscipite.

<sup>128</sup> PS. ISID., *Clementis prima* VII : in vobis f. ; facere vos d.

7. Si qui autem ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores<sup>xx</sup> sæculi non judicentur, sed apud presbiteros Ecclesiæ quicquid illud est dirimatur.<sup>129</sup>

8. Super omnia autem avaritiam fugiant presbiteri<sup>o</sup>, quæ homines occasione presentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras pro locis quibusque æquissima custodiant<sup>o</sup>, deposita fideliter restituant.<sup>130</sup>

9. Quæ omnia et si qua sunt his similia, ita demum sollicite et diligenter impleant<sup>o</sup>, si futurum Dei iudicium sine intermissione in suo<sup>o</sup> corde volvant. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei iudicium ponat ? Quod in fine mundi certum est agitandum ut tandem qui bene in hac vita egerint<sup>o</sup> consequantur reposita bona, peccatores autem ut consequantur preparatas poenas, de quibus ita futurum dubitare omnino non possumus. Si quidem hæc omnia ita esse ventura magister meus et dominus Jesus Christus<sup>o</sup> predixit.<sup>131</sup>

10. Unde et presbiteri<sup>o</sup>, qui sunt juxta episcopos in gradu dignitatis, abiciant a cordibus suis ante omnia discordias et animorum dissensiones, ex quibus omne opus malum procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servent<sup>o</sup>. Quod si forte alicujus cor, vel livor, vel infidelitas ex his quæ superius memoravimus latenter irrepserit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit confiteri hæc episcopo<sup>o</sup> qui præest illi, ut ab ipso per verbum Dei et consilium salubre curetur, quo<sup>o</sup> possit fide integra et operibus bonis poenas æterni ignis effugere, et ad perpetuæ vitæ premia pervenire. »<sup>132</sup>

11. Hæc beatus Petrus, in die qua ordinavit beatum Clementem episcopum, inter alia verba ad presbiteros locutus est per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen.

<sup>129</sup> PS. ISID., *Clementis prima* VIII.

<sup>130</sup> PS. ISID., *Clementis prima* IX : avaritiam fugite, q. ; æquissima custodite, deposita fideliter restituite.

<sup>131</sup> PS. ISID., *Clementis prima* X : diligenter implebitis, si ; in vestro corde volvatis ; vita egerunt c. ; ventura verus nobis propheta dixit (*sed* predixit P).

<sup>132</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XI : et vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abicite a cordibus vestris a. ; mente servate ; h. huic qui potest (*sed* præest P), ut ; c., qui (*sed* quo P) possit.

**SERMO IN SINODO AD DIACONOS, EX DICTIS BEATI PETRI, EXCERPTUM EX  
SCRIPTIS BEATI CLEMENTIS.**

**¶XV**

1. IN die qua beatus Petrus ordinavit pro se in sua cathedra Romana beatum Clementem episcopum, inter alia ad diaconos hæc locutus est : « ‘Diaconi, inquit, Ecclesiæ tamquam oculi sint episcoporum<sup>¶</sup>, oberrantes et circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ, et perscrutantes diligentius si quem videant vicinum fieri precipitio et proximum esse peccato, ut referant hæc ad episcopum suum, et commoneri ab episcopo<sup>¶</sup> possit is qui in precipitium lapsurus est, uti revocetur et non corruat in peccatum. Neglegentiores quoque et eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec sollicite ad episcopi tractatum conveniunt diaconi<sup>¶</sup> commoneant et hortentur. Si enim assidui sunt ad audiendum, non solum vitæ æternæ ex salubri ammonitione<sup>¶</sup> capiunt lucra, verum et quæcumque illæ sunt tristitiæ vel merores qui ex presentis vitæ necessitatibus et cladibus temporum veniunt, quæcumque sermonibus suis in corde velut jacula defixa circumfert<sup>¶</sup>, abiciuntur omnia predicatione veritatis, et vitæ æternæ doctrina et eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum subtrahant a verbo Dei et remaneant a cultu, vitiorum sine dubio spinis erunt ac sentibus occupati. Et quid aliud nisi ad ignem talis hæc terra preparabitur ?<sup>133</sup>

2. De his ergo ut diximus diaconis<sup>¶</sup> cura sit. Sed et eos qui secundum carnem ægrotant sollicite perquirant, et plebi si forte ignorant indicent de his ut et ipsi visitent eos, et quæ necessaria sunt prebeant eis, cum conscientia ejus qui præest, quod tamen etiam si clam fecerint non peccabunt ; sed et de peregrinis similiter episcopo suggerant refovendis, et cætera his similia quæ ad cultum Ecclesiæ et disciplinam ejus pertinent diaconis cura sit.<sup>134 135</sup>

3. ‘Illi<sup>yy</sup> autem qui catezizant, id est qui verbo instituunt<sup>¶</sup> incipientes, primo oportet ut<sup>¶</sup> ipsi instructi sint. De anima enim agitur hominum, et oportet eum qui docet et instruit animas rudes esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, et verbi ordinem pro audientis capacitate

<sup>133</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XII : sint episcopi, o. ; ab eo p. ; c. ipsi commoneant ; salubri commonitione c. ; defixa circumferunt, a.

<sup>134</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 12 (p. 381-382).

<sup>135</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XII : d. diaconi (*sed diaconis P*) cura.

dirigere. Debet ergo ipse adprime esse eruditus et doctus, inreprehensibilis, maturus, pavidus, sicut ipsi probastis<sup>1</sup> fore Clementem hunc post me, prestante Domino, cui est gloria.<sup>136</sup> »<sup>137</sup>

---

<sup>136</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 13, 1-2 (p. 382).

<sup>137</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XII-XIII : verbo instruunt i. ; oportet quod (*sed ut B*) i. ; ipsi probabitis f.



**SERMO IN CONCILIO AD OMNEM ECCLESIAM, EX DICTIS BEATI PETRI,  
EXCERPTUM EX SCRIPTIS BEATI CLEMENTIS.**

*Dicta Beati Petri apostoli de omni Ecclesia.*

**[XVI]**

1. 'Illud est, dilectissimi fratres, quod pre cæteris ab omnibus clericis<sup>zz</sup> et omnibus christianis cupimus<sup>□</sup> in commune servari : ut concordiam teneant<sup>□</sup>, per quam solam possint portum quietis intrare, et civitatem regis summi, quæ « pax » nominatur.'<sup>138 139</sup>
2. 'Similis namque est omnis Ecclesiæ status navi magnæ quæ per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat ad unam potentis regni urbem properare cupientes : est<sup>□</sup> ergo spiritualiter navis hujus dominus ipse omnipotens Deus pater domini nostri Jesu Christi, cui ipse Filius in divinitate per omnia æqualis est una cum Spiritu Sancto ; gubernator vero est Christus filius Dei, qui per incarnationem et passionem et resurrectionem suam, sanctam sibi sociavit Ecclesiam, ut sit regnum Patris et Filii et Spiritus Sancti in æternum ; tum deinde proretæ<sup>aaa</sup> officium episcopi implent<sup>□</sup> ; presbiteri, nautarum, diaconi dispensatorum locum tenent<sup>□</sup> ; hi qui catezizant nautologis conferuntur<sup>□</sup> ; epibatis<sup>bbb</sup> autem totius fraternitatis multitudo est<sup>□</sup> similis ; ipsum quoque mare hic mundus habetur<sup>□</sup> ; ventorum vero varietates et turbinum diversis temptationibus conferuntur<sup>□</sup> ; persecutiones, tribulationes, sive pericula fluctibus exequantur<sup>□</sup> ; terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus vel de convallibus spirant, pseudo-prophetarum et seductorum, seu pravæ doctrinæ verba docentur ; promuntaria vero et loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt iudices et pericula minantur ac mortes ; bithalassa vero, id est loca quæ duplicibus unde fallacis æstibus verberantur, dubiis mente et repromissionum veritate nutantibus conferuntur<sup>□</sup>, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutunt<sup>□</sup> ;

<sup>138</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 13, 3 (p. 382).

<sup>139</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XIII : o. vobis cupio in ; concordiam teneatis, per quam solum potestis p.

ypocritæ vero et dolosi piratis similes **habentur**<sup>□</sup> ; jam vero rapidus vortex, et Tartarea Caribdis<sup>ccc</sup>, et saxis illisa naufragia ac mortiferæ **submersiones**<sup>□</sup>, quid aliud æstimanda sunt quam peccata ? Restat igitur ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere, ut navigantes mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus et bonis operibus adjuventur.<sup>140 141</sup>

3. ‘Sed ante omnia cum quiete et silentio epibatae, id est laici, et in suis unusquisque **resideat**<sup>□</sup> locis, ne forte per inquietudinem et inconditos inutilesque discursus, si passim vagari coeperint, vel ab officio suo nautas impediunt, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi [fol. 119v] de mercedibus commoneant. Et nihil omnino quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet diaconi neglegant. Presbiteri velut nautæ aptent singula ad instructionem navis diligenter, et instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. **Episcopi**<sup>□</sup> tamquam **proretæ** vigilanter et sollicite gubernatoris verba **custodiant**<sup>□</sup> Christi.<sup>142</sup>

4. Salvator Dominus gubernator ecclesiæ suæ diligatur ab omnibus, et ipsius solius preceptis ac jussis credat et oboediat omnis Ecclesia. Deo quoque, hoc est Patri et Filio et Spiritui Sancto, qui in tribus personis unus est Deus, indesinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum ut navigantes omnem tribulationem et omne periculum superent, tamquam in mare profundum mundi istius et vitæ humanæ pelagus navigantes, in quo esuriendum sit et sitiendum ; nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis et ægrotudines tolerandas, insuper et hominum **insidias**<sup>□</sup> ac **dolos**, sæpe laborandum : quippe qui dispergendos se non numquam noverunt, sed aliquando etiam congregandos ; vomitus quoque et suggillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum et rejectione criminum, velut male congregati in visceribus, fellis jactura facienda est, et abicienda prorsus a corde omnis intrinsecus quæ latet amaritudo peccati, si qua forte ex desideriis iniquis velut ex cibis noxiis congregata est. Quam utique cum evomuerit quis et abjecerit, ingentis ægrotudinis

<sup>140</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 14 (p. 383).

<sup>141</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XIV : c., sit ergo ; vero sit C. ; officium episcopus impleat ; locum teneant ; nautologis conferantur ; multitudo sit s. ; mundus habeatur ; temptationibus conferantur ; fluctibus exequentur ; nutantibus conferantur, a. ; ratione discutiuntur ; similes habeantur, j. ; mortiferæ subversiones, q.

<sup>142</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XIV : unusquisque resideant l. ; Episcopus tamquam proreta vigilanter ; verba custodiat C.

liberabitur morbo, si tamen post vomitum quæ ad sanitatem pertinent sumat,<sup>143</sup> adjuvante Domino,  
qui vivit et regnat in sæcula.<sup>144</sup>

---

<sup>143</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 15 (p. 383-384).

<sup>144</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XIV : hominum insidiis ac dolo, s.

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI PETRI, EXCERPTUM EX SCRIPTIS  
BEATI CLEMENTIS PAPAЕ.**

**[XVII]**

1. IN die qua ordinavit beatus Petrus apostolus beatum Clementem in cathedra sua, locutus est inter alia omnibus dicens : « Scitote, cuncti clerici et laici, quod supra omnes vos laborant episcopi<sup>□</sup>, quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, episcopi<sup>□</sup> vero et suum et singulorum. »<sup>145 146</sup>

2. Deinde conversus ad beatum Clementem, dixit ei : « O Clemens, tamquam omnibus preesse<sup>□</sup> te nolueris, singulos prout potueris juva, et singulos releva, qui et singulorum onus ac sollicitudinem portas. Unde et ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio quia accipio gratiam magis quam presto. Sed esto confidens et fortiter ferens, certus quia episcopi<sup>□</sup> laboris sui<sup>□</sup> meritum recipient, cum ad portum quietis incolomem navem spiritualem<sup>□</sup>, hoc est sanctam Ecclesiam, provexerint, ubi mercedes et premia pro omnium salute suscipient<sup>□</sup>, si hic pro omnium incolomitate vigilaverint<sup>□</sup>. Itaque si episcopos multi e fratribus propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non lædentur<sup>□</sup>, sed ex hujuscemodi odiis amor illis<sup>□</sup> conciliabitur Dei. Et ideo satagant<sup>□</sup> magis episcopi et refugiant ne laudentur ab iniquis, et ne a pessime agentibus diligantur<sup>□</sup>, sed potius propter justitiæ dispensationem et æquissimam<sup>□</sup> regulam disciplinæ a Christo collaudari mereantur<sup>□</sup>. »<sup>147 148</sup>

3. ‘Hæc cum dixisset beatus Petrus et his similia quam plurima, rursus respiciens ad populum dixit : Sed et vos, fratres karissimi et conservi mei, huic qui presidet vobis ad veritatem docendam in omnibus oboedite ! Scientes quod si quis episcopos<sup>□</sup> contristaverit, Christum, qui eis<sup>□</sup> credit

<sup>145</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 16, 1 (p. 384).

<sup>146</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XV : vos laboret episcopus, q. ; l., ille vero.

<sup>147</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 16, 2-5 (p. 384-385).

<sup>148</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XVI : omnibus prodesse te noveris, s. ; laboris tui meritum recipies, c. ; navem hanc provexeris, u. ; s. suscipies, si ; incolomitate vigilaveris. Itaque si te m. ; non læderis, s. ; amor tibi c. ; ideo satage magis et refugie ne lauderis ab ; agentibus diligaris, s. ; et nequissimam (*sed æquissimam B*) r. ; collaudari merearis.

cathedras, non recipit, et qui Christum non susceperit, nec Deum Patrem suscepisse iudicabitur. Et ideo nec ipse suscipietur in regno cælorum. Propter quod satis agant omnes christiani<sup>□</sup> ad omnem collectam et congregationem semper convenire, ut non velut negligentes ac desides a iudice Christo condempnentur<sup>□</sup>. Convenientes vero semper<sup>□</sup> ad episcopos, dent omnes opera pro ipsis sentire, et summo studio favorem suum erga ipsos<sup>□</sup> dependere, scientes quia propter singulos ipsos<sup>□</sup>, ipsis magis solis episcopis infestat inimicus, et in ipsos<sup>□</sup> majora suscitatur bella. Oportet ergo clericos et laicos<sup>□</sup> summo studio niti ut omni erga episcopos<sup>□</sup> vinculo amoris innexi, plenissimo erga eos inhæreant effectu<sup>ddd□</sup>. Ipsi quoque clerici et laici unanimes in omni concordia perdurent<sup>□</sup>, quo facilius etiam episcopis<sup>□</sup> oboedire omnes pariter consensu et unanimitate possint<sup>□</sup>, propter quod et ipsi<sup>□</sup> salutem consequi, et episcopi possint<sup>□</sup> optemperantibus sibi clericis et laicis promptius impositi oneris pondus evehere<sup>eee. 149 150</sup>

4. Quædam etiam ex semet<sup>□</sup> ipsis intellegere debent clerici et laici, si qua sunt quæ episcopi propter insidias hominum malorum non possunt<sup>□</sup> evidentius et manifestius proloqui. Verbi gratia : Si aliquis episcoporum inimicus est alicui pro actibus suis, laici non debent<sup>□</sup> expectare nec clerici ut ipse illis dicat : « Cum illo nolite amici esse ! » Sed prudenter observare debent<sup>□</sup>, et voluntati episcopi absque communicatione obsecundari, et avertere se<sup>□</sup> ab eo cui episcopum sentiunt<sup>□</sup> aversum.<sup>151</sup>

5. Sed nec loqui his debent quibus episcopus<sup>□</sup> non loquitur. Ut<sup>□</sup> unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium laicorum vel clericorum<sup>□</sup> amicitias ferre, festinet ei citius reconciliari qui omnibus præest, et per hoc redeat ad salutem<sup>□</sup>, cum oboedire coeperit monitis presidentis. Si vero quis

<sup>149</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 17 (p. 385-386).

<sup>150</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XVII : quis hunc c. ; qui ei docendi credit (sed ei credit B) cathedram, n. ; s. agite ad ; Christo condempnemi ; v. sæpe (sed semper B) ad Clementem date omnes operam pro ipso sentire ; erga ipsum d. ; singulos vos, ipsi magis soli i. ; in ipso m. ; ergo vos s. ; erga illum v. ; erga eum inhæreatis affectum (sed affectu B). Ipsi quoque vos u. ; concordia perdurate, q. ; etiam illi oboedire omni (sed omnes B) p. ; unanimitate possitis, p. ; et vos s. ; et illi possit optemperantibus sibi vobis promptius impositi honoris p.

<sup>151</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XVII : ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sint quæ ipse p. ; non potest e. ; s., vos nolite expectare ut ipse vobis dicat ; o. debetis, et voluntati ejus a. ; avertere vos ab ; cui ipsum sentitis aversum (sed aversum P).

amicus fuerit his quibus episcopus<sup>□</sup> non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare Dei ecclesiam volunt<sup>□</sup>. Et cum corpore videatur esse cum christianis<sup>□</sup>, mente et animo contra christianos<sup>□</sup> est, et est multo nequior hostis hic quam illi qui foris sunt, et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem quæ inimica sunt gerit, et ecclesiam Dei dispergit ac vastat.<sup>152 153</sup>

6. ‘Cum hoc dixisset beatus Petrus, coram omnibus manus beato Clementi<sup>□</sup> imposuit, et in cathedra sua ingenti verecundia fatigatum sedere illum<sup>□</sup> compulit. Cumque sedisset, rursum ei locutus est : « Deprecor te, Clemens, coram omnibus qui presentes sunt, ut postea quam sicut naturale debitum est vitæ presentis finem fecero, Jacobo fratri Domini scribas<sup>□</sup> qui me finis in hac urbe repperit, qui in predicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum. Erit ei grande solacium, si didicerit<sup>□</sup> quod post me non imperitus aliquis aut indoctus atque ignorans divini verbi ministerium, ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens susceperit<sup>□</sup> cathedram meam. Scit enim quia si indoctus istius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli et auditores ignorantiae tenebris involuti in interitum demergentur<sup>□</sup>. »<sup>154 155</sup>

7. Sicut autem iussit beatus Petrus Clementi, scripsit idem beatus Clemens omnia beato Jacobo, sed tamen epistulas ejus Jacobus non vidit, quia antequam beatus Petrus Romæ esset passus, Jacobus apud Hierosolimam erat<sup>fff</sup> passus. Et sicut Hieronimus scribit : ‘Post ascensionem Domini statim Jacobus ab apostolis aliis ordinatus est in cathedra Hierosolimorum.<sup>156</sup> ‘Ipsam cathedram gubernavit triginta<sup>ggg</sup> annis,<sup>157</sup> et ipso tricesimo<sup>hhh</sup> anno post passionem Domini lapidatus est a Judeis. ‘Ipse est Jacobus frater

<sup>152</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 18 (p. 386).

<sup>153</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XVIII : quibus ipse non ; Et (*sed Ut B*) u. ; omnium vestrum a. ; salutem et sanitatem, cum ; quibus ipse n. ; e. volui (*sed voluit P*) ; esse vobiscum, m. ; contra vos e.

<sup>154</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 19 (p. 386-387).

<sup>155</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XVIII-XIX : manus mihi i. ; s. me compulit. Cumque sedissem, rursum ad me l. ; D. descripta (...) qui ; solacium, quod (*sed si didicerit quod B*) ; n. ceperit (*sed susceperit B*) cathedram ; interitum dimergentur (*sed demergentur B*).

<sup>156</sup> cf. HIER., *Vir. ill.* II (éd. Herding, p. 7).

<sup>157</sup> cf. HIER., *Vir. ill.* II (éd. Herding, p. 9).

Domini, hoc est consanguineus germanus domini nostri Jesu Christi secundum carnem, quia filius Mariæ fuit quæ fuit soror Mariæ matris Domini.<sup>158</sup>

8. ‘Petrus vero’, una cum Marciale propinquo suo, ‘secundo anno Claudii<sup>159</sup> ad Simonem Magum expugnandum Romam pergit, ibique viginti quinque<sup>iii</sup> annis cathedram tenuit, id est usque ad ultimum Neronis<sup>160</sup> annum, id est quartum decimum.’<sup>161</sup> ‘Jacobus autem septimo Neronis anno passus est’<sup>162</sup>; ‘ipse est Jacobus Alphei, ipse est Jacobus minor, cujus mater est Maria Cleopæ, soror Mariæ matris Domini.’<sup>163</sup> Jacobus tricesimo, Petrus tricesimo septimo<sup>iii164</sup>, Marcialis quadragesimo<sup>kkk</sup> anno post passionem Domini passi sunt. Jacobus septem annis ante Petrum, Petrus quattuor<sup>lll</sup> annis ante Marcialem, qui sicut Johannes Evangelista in pace passus est. Jacobus per triginta<sup>mmmm</sup> annos Hierosolimam, Petrus per viginti quinque<sup>nnn</sup> annos Romam, Marcialis per viginti octo<sup>ooo</sup> annos Lemovicam gubernaverunt.

9. Hæc de concordia annorum in his tribus apostolis diximus, ne dicta sanctorum patrum vel apochripha putetis<sup>ppp</sup>, qui post evangelistas de ipsis apostolis scripserunt. Mox enim ut Petrus Romam venit, Marcialem Deo jubente in externas sedes occiduas direxit. Qui Marcialis nisi apostolus Dei esset, hoc est [fol. 120] discipulus Christi et ab eo potestate ligandi et solvendi sublimatus et ab eo missus esset, non tam perfecte apostolatus sortem habuisset. Omnis enim provincia Aquitania, una cum rege Galliarum Stephano, a beato Marciale discipulo domini nostri Jesu Christi, qui unus ex septuaginta<sup>qqq</sup> duobus est, fidem accepit domini nostri Jesu Christi, cui est gloria in sæcula. Amen.

<sup>158</sup> cf. ISID., *Orig.* VII, 9, 15 (col. 288).

<sup>159</sup> Claude, empereur (41-54).

<sup>160</sup> Néron, empereur (54-68).

<sup>161</sup> cf. HIER., *Vir. ill.* I (éd. Herding, p. 7).

<sup>162</sup> cf. HIER., *Vir. ill.* II (éd. Herding, p. 9).

<sup>163</sup> cf. HIER., *Vir. ill.* II (éd. Herding, p. 8).

<sup>164</sup> *Sed* ISID., *Ort. et obit.* 67, 5 : tricesimo sexto.

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI CLEMENTIS PAPAE.**

*Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem et instructionem universalis  
Ecclesiæ.*

**[XVIII]**

1. Pænitemini omnes, et veram agite pænitentiam. Omnes ergo homines qui christiano censentur vocabulo Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum deum et dominum veraciter credere et confiteri, eumque toto corde et tota mente et tota virtute diligere, et proximos suos tamquam semetipsos, docibilesque usque ad perfectam doctrinam, ad hæc perficienda summopere<sup>¶</sup> oportet. Fides enim et dilectio, tocius bonitatis est fundamentum : *Sine fide autem placere Deo nemo poterit.*<sup>165 166</sup>

2. Christo itaque resurgente et ascendente in cælum, misso Sancto Spiritu, collata apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi, Sinbolum quod fidelis nunc tenet Ecclesia unusquisque de duodecim<sup>¶¶</sup> quod sensit dicendo condiderunt, ut discedentes ab invicem, hanc regulam per omnes gentes et ipsi duodecim<sup>¶¶¶</sup> et alii apostoli predicarent.<sup>167</sup>

3. Non enim solis duodecim<sup>¶¶¶</sup> Deus totum mundum distribuit in partem apostolatus. Unde et cum doctor noster beatus Petrus cum propinquo suo Marciale, qui non erat unus de duodecim<sup>¶¶¶¶</sup>, deveniret Romam, missus tamen est Marcialis a Domino per Petrum in gentes extremas mundi, hoc est in Aquitaniam, in partem sortis apostolatus.

4. Summam ergo tocius fidei catholicæ recensentes, in qua et integritas Credulitatis ostenditur, et unius Dei omnipotentis, id est sanctæ Trinitatis, æqualitas declaratur, et misterium incarnationis filii Dei, qui pro salute humani generis a Patre de cælo descendens de Virgine nasci dignatus est, quoque ordine<sup>¶¶¶</sup> vel quando pertulerit<sup>¶</sup>, quomodo sepultus surrexerit, et in carne ipsa cælos ascenderit, ad

<sup>165</sup> Hebr. 11, 6 : autem impossibile p. ; sic VL.

<sup>166</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XX : h. perficienda sumere (*sed* h. perficienda summopere festinare D) oportet.

<sup>167</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXI.



dexteramque Patris consederit, et iudex venturus sit ; ac qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contulerit, et resurrectio<sup>www</sup> humani generis in eadem carne in vita æterna futura sit docuerunt.<sup>168</sup>

5. ‘Sinbolum’ enim grece latine ‘conlatio’ dicitur, quia hoc predicti sancti apostoli inter se per Spiritum Sanctum salubriter ut dictum est condiderunt ; dicitur et ‘inditium’, quod per hoc qui recte crediderit indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in prefato Sinbolo, salus animarum et vita perpetua bonis actibus preparatur. Ergo quod in primordio ejusdem sinboli preponitur ‘Credo in Deum Patrem omnipotentem’, preclarum fide testimonium et fundamentum in prima fronte monstratur quia salvus esse poterit qui recte crediderit : *Credere enim oportet accedentem ad Deum,*<sup>169</sup> quoniam : *Corde creditur ad justitiam, et ore confessio fit ad salutem.*<sup>170</sup> Unde ait propheta : *Credidi, propter quod locutus sum.*<sup>171</sup> Et illud : *Justus ex fide vivit.*<sup>172</sup> Et : *Nisi credideritis, non intelligetis.*<sup>173</sup> Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. Unde credendum est in Deum, a quo tam presens vita quam futura tribuitur<sup>□</sup>.<sup>174</sup>

6. ‘Deus’ autem appellatio substantiæ sempiternæ, sive timoris divini. Igitur Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus<sup>xxx</sup>, et incomprehensibilis. ‘Patrem’ cum audimus<sup>□</sup>, agnoscimus quod habeat filium veraciter genitum, sicut ‘possessor’ dicitur qui aliquid possidet, et ‘dominus’ qui habet<sup>□</sup> cui dominetur. Deus ergo<sup>□</sup> pater secreti sacramenti vocabulum est, cujus vere<sup>□</sup> filius verbum et speculum et character<sup>□</sup> et imago vivens patris viventis, in omnibus coæqualis. Nec quærat quomodo genuit filium, quod et angeli nesciunt, prophetis incognitum est. Unde illud dictum est : *Generationem ejus quis enarrabit ?*<sup>175</sup> Quam secretam originem cum proprio filio novit ipse solus qui genuit. Nec a nobis Deus discutiendus est sed credendus, qui in nobis ipsis nescimus quid sapimus. Quomodo sapientia ingenium, aut intellectus consilium, aut mens nostra generat verbum ? Sed sufficit nosse quia

<sup>168</sup> PS. ISID., *Clementis prima XXI* : quando protulerit, q.

cf. VEN. FORT., *Expos. symb.* 1 p. 253 (PL, 88, col. 345<sup>C-D</sup>) : pertulerit.

<sup>169</sup> Hebr. 11, 6.

<sup>170</sup> Rom. 10, 10.

<sup>171</sup> Ps. 115, 10 (et II Cor. 4, 13).

<sup>172</sup> Rom. 1, 17, Gal. 3, 11 et Hebr. 10, 38.

<sup>173</sup> Is. 7, 9 : si non c., n. permanebitis ; sic VL.

<sup>174</sup> PS. ISID., *Clementis prima XXI* : futura tribuatur.

cf. VEN. FORT., *Expos. symb.* 3-5 p. 253-254 (PL, 88, col. 346<sup>D</sup>-347<sup>A</sup>) : tribuitur.

<sup>175</sup> Is. 53, 8.

lux genuit splendorem, sicut ait propheta : *In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.*<sup>176</sup> Et illud : *Hic Deus noster, et non reputabitur alter ad eum.*<sup>177</sup> Et post : *In terra visus est, et inter homines conversatus est Jesus Christus dominus noster,*<sup>178</sup> cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>179</sup>

---

<sup>176</sup> Ps. 109, 3.

<sup>177</sup> Bar. 3, 36 : non estimabitur alius adversus e. ; *sic* VL.

<sup>178</sup> Bar. 3, 38 : in terris v. ; et cum hominibus c. ; *sic* VL.

<sup>179</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXII : cum audis, ignosce (*sed* agnosce *B, P*) q. ; qui dominatur (*sed* habet *B, P*) c. ; Deus greco (*sed* ergo *P*) p. ; cujus vero (*sed* vere *B*) f. ; et characteres (*sed* character *B, P*) et ; reputabitur alterum deum. Et postea (*sed* r. alter ad deum. Et post *B, P*) in. *cf.* VEN. FORT., *Expos. symb.* 6-10 p. 254 (*PL*, 88, col. 347<sup>A-C</sup>).

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI CLEMENTIS PAPAЕ.**

***Dicta beati Clementis papæ ad universalis<sup>yyy</sup> ecclesiæ instructionem.***

**[[XIX**

1. Unumquemque christianum oportet *diligere* Deum *ex toto corde et ex tota anima et ex tota fortitudine, et proximum tamquam semetipsum.*<sup>180 181</sup>
2. Respondente Domino cuidam scribarum ac dicente : *Primum omnium mandatum est : Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus unus est ! Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi : Diliges proximum tuum, tamquam temetipsum<sup>l</sup>. Majus horum aliud mandatum non est,*<sup>182</sup> *quod majus<sup>l</sup> est omnibus olochaustomatibus et sacrificiis.*<sup>183 184</sup>
3. Unde et in Veteri Testamento scriptum habetur : *Quod tibi fieri non vis, alteri non facias<sup>l</sup> !*<sup>185</sup> Et Dominus ait : *Omnia quaecumque vultis ut vobis<sup>zzz</sup> faciant homines, et vos facite illis similiter !*<sup>186</sup> ‘Quibus utrisque mandatis, per unum malitia compescitur, et per aliud benignitas propagatur,’<sup>187</sup> ‘ut ne malum quis inferat, sed bonum impendat. Primum ut caveat *dedere<sup>l</sup>* ; secundum *prestare.*<sup>188</sup> *Si enim fratrem quem vides non diligis, Deum quem non vides quomodo potes diligere ?*<sup>189</sup> ‘Sic ergo docet episcopos<sup>l</sup> exercere curam suam, ut non amittant curam subditorum. Et sic docet nosmet ipsos diligere, ne dilectionem proximi neglegamus.’<sup>190 191</sup>

<sup>180</sup> Marc. 12, 33.

<sup>181</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXII.

<sup>182</sup> Marc. 12, 29-31.

<sup>183</sup> Marc. 12, 33.

<sup>184</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXII : tamquam teipsum (*sed temetipsum B*) ; quod magis e.

<sup>185</sup> Tob. 4, 16 : fieri oderis, alteri vide ne tu aliquando f.

<sup>186</sup> Matth. 7, 12 : Omnia ergo q.

<sup>187</sup> cf. GREG. M., *Moral.* X, 6, 8 (p. 539, 65-66).

<sup>188</sup> ISID., *Sent.* III, 28, 1 (col. 702).

<sup>189</sup> I Joh. 4, 20.

<sup>190</sup> cf. GREG. M., *In evang.* I, 17, 18 (*PL*, 76, col. 1149<sup>A</sup>).

<sup>191</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXII-XXIII : non feceris ; ut vos (*sed vobis B*) f. ; caveat lædere ; d. nos exercere curam nostram, ut non amittamus curam vestram. Et sic nos diligere, ne dilectio proximi

4. ‘Dei dilectio morti<sup>□</sup> comparatur, dicente sapientia : *Valida est dilectio, ut mors.*<sup>192</sup> Quia sicut mors violenter separat animam a corpore, ita dilectio Dei violenter separat hominem<sup>□</sup> a mundano et carnali amore.<sup>193</sup> *Qui enim, Dominus inquit, diligit me, mandata mea servabit.*<sup>194</sup> ‘Nam qui Dei precepta contempnit, Deum non diligit.’<sup>195</sup> Unde ait ipse Dominus<sup>□</sup> : *Nolite vos putare ut maneatis in dilectione mea, si non servaveritis precepta mea !*<sup>196</sup> ‘Neque enim regem diligimus, si odio leges ejus habemus.’<sup>197</sup> ‘Neque autem ex toto corde poterit ille Deum diligere qui noscitur in proximi corruere dilectione<sup>□</sup>.’<sup>198</sup> ‘Quia per dilectionem proximi, pervenitur ad caritatem Christi.’<sup>199</sup> Quoniam ut prelibatum est, *in his duobus preceptis tota lex pendet et prophetæ.*<sup>200 201</sup>

5. Docibiles ergo qui perfecte docti non sunt, ad hæc peragenda oportet omnes esse, ut et ipsi docti sint, et alios prudenter instruere et perfecte possint docere, juxta Danihelem prophetam qui ait : *Populus autem, sciens Deum suum, optinebit et faciet, et docti in populo docebunt plurimos.*<sup>202 203</sup>

6. Omnibus vero ecclesiis quæ ubique Dei providentiæ fundatæ sunt, cum presbiteris et diaconibus et cæteris omnibus fratribus qui hæc custodiunt, pax illis sit semper a Domino, cui est gloria in sæcula. Amen.

[fol. 120v]

---

neglegatur.

<sup>192</sup> Cant. 8, 6 : Fortis est.

<sup>193</sup> ISID., *Sent.* II, 3, 4 (col. 603).

<sup>194</sup> Joh. 14, 21.

<sup>195</sup> ISID., *Sent.* II, 3, 5 (col. 603).

<sup>196</sup> Joh. 15, 10 : Manebitis in ; si servaveritis.

<sup>197</sup> ISID., *Sent.* II, 3, 5 (col. 603).

<sup>198</sup> ISID., *Sent.* II, 3, 7 (col. 603).

<sup>199</sup> cf. ISID., *Diff. II* 37, 143 (*PL*, 83, col. 92).

<sup>200</sup> Matth. 22, 40.

<sup>201</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXIV : dilectio morte (*sed* morti *B, P*) c. ; separat animam a ; Unde scriptum est ; corruere dilectionem.

<sup>202</sup> Dan. 11, 32-33.

<sup>203</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXV.

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI CLEMENTIS PAPAE.**

*Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem sacerdotum.*

**¶XX**

1. Omnes christianos<sup>□</sup> qui docti non sunt docibiles esse oportet, sed sacerdotes doctiores cæteris populis necesse est<sup>□</sup>, sicut a beati Petri apostoli magistri nostri proprio ore didicimus. Quia *si cæcus cæco ducatum prebet, ambo in foveam cadunt.*<sup>204</sup> Sacerdotes vero *sal terræ et mundi lumen*<sup>205</sup> dicebat nobis esse beatus Petrus, et debere eos<sup>□</sup> in splendore operum Patrem glorificare Deum. De quibus et Dominus ait : *Beati estis cum maledixerint<sup>aaaa</sup> vobis et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis ! Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur ? Ad nichilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, et glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.*<sup>206 207</sup>

2. Idem beatus Petrus<sup>bbbb</sup> beatum Clementem discipulum suum<sup>cccc</sup> in sua sede post se ordinavit, et dimisit<sup>dddd</sup> ei in adjutorium episcopatus Linum et Cletum, quos ipse Petrus consecraverat presbiteros. Eodem modo beatus Marcialis, discipulus Christi doctor Aquitaniæ, ordinavit in sua cathedra Aurelianum discipulum suum, et reliquit ei in adjumento episcopali Alpinianum et Austriclinianum, qui ab apostolis ordinati fuerant presbiteri. Tunc autem temporis, idem erant presbiteri qui et episcopi, sed

---

<sup>204</sup> Matth. 15, 14.

<sup>205</sup> cf. Matth. 5, 13.

<sup>206</sup> Matth. 5, 11-16.

<sup>207</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXV-XXVI : Omnes enim ut jam dictum est q. ; necesse fore docebat ; l. docens precepti in.

minores episcopos qui subditi erant majoribus appellabant « seniores », hoc est presbiteros.

3. Episcopus autem, per singulas civitates quibus beatus Petrus<sup>□</sup> non miserat, perdoctos et prudentes sicut serpentes, simplicesque ut columbas, juxta Domini preceptionem beato Clementi<sup>□</sup> mittere precepit. Quod etiam beatus Clemens<sup>□</sup>, Domino opem ferente, fecit<sup>□</sup>, mittens quosdam ad quasdam civitates sive Galliae sive Hispaniae sive Germaniae.<sup>208</sup>

## [[XXI

1. ‘Primus autem omnium episcoporum a Domino et beato Petro in Galliam missus jam olim fuerat beatus Marcialis partis apostolicæ unus, genere hebreus de Ramatha civitate et tribu Benjamin oriundus, secundum carnalem prosapiam Petri propinquus, virtute et potestate apostolatus, hoc est ligandi et solvendi a Domino cum aliis apostolis sublimatus. Eodem autem immo sequenti anno quo Petrus ab Antiochia cum eo venit Romam, secundo Claudii<sup>209</sup> anno, ut Hieronimus scribit,<sup>210</sup> jubente Domino et exhortante Petro segregatus<sup>ecce</sup> in apostolatus officium, provintias Galliarum penetravit cum duobus discipulis suis, et antequam in pace dormiret in Domino, totam provintiam Aquitaniam Christi domini legibus subjecerat.<sup>211</sup> Consecratus autem in episcopatu non ab alio quam ab illo proprie fuit a quo potestatem ligandi et solvendi cum aliis apostolis acceperat, quique eum cum aliis apostolis benedixerat, quando *elevatis manibus ferebatur in cælum et benedixit eis.*<sup>212</sup> Fuitque triginta<sup>ffff</sup> annorum ætatis quando in Aquitania coepit predicare Evangelium et adventum domini nostri Jesu Christi, et supervixit beato Petro quattuor annis. Cujus signa apostolatus non una civitas Lemovica, sed tota provintia Aquitanica est. Et sicut Johannes Evangelista et

<sup>208</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXVII : quibus ille n. ; preceptionem nobis m. ; etiam facere inchoavimus et, D. ; f., facturi sumus (...), mittimus quosdam ad Gallias, Hispanias, Germanias.

<sup>209</sup> Claude, empereur (41-54).

<sup>210</sup> cf. *supra* Sermo in conc. II XX 8.

<sup>211</sup> cf. *Vita Martialis*. II 1.

<sup>212</sup> Luc. 24, 50-51 : elevatis manibus suis benedixit eis ; (...) et ferebatur in celum.

apostolus virgo sine dolore passionis migravit, ita ille Marcialis virgo sine dolore passionis in Domino obdormivit. Oportebat enim ut sicut a concupiscentia carnis fuerat alienus, ita a dolore mortis fieret extraneus.<sup>213</sup>

2. Et sicut beatus Clemens iussus fuerat a Petro ut sacraret episcopos et mitteret per quasque civitates, ita peregit jam irradiante lumine Evangelii per Galliam doctrinis beati Marcialis<sup>gggg</sup>. Sicut autem duodecim<sup>hhhh</sup> apostoli proprias dioceses habent illas provincias quibus ipsi proprie predicaverunt, ita Marcialis propria diocesis Aquitania provincia est, in qua ipse ecclesias primus fundavit, et episcoporum eis officia instituit. Incredibile quippe est tot annis vacasse ecclesias Aquitanicas per civitates a primis episcopis, quousque post passionem Petri et excessum Marcialis beatus Clemens aliquos illic dirigeret. ‘Per viginti octo quippe annos, beatus Marcialis in Aquitania perduravit.’<sup>214</sup>

3. Sicut autem Petrus primus apostolorum est, ita diocesis ejus non solum Italia et Gallia, Germania et Hispania, sed etiam totus mundus est. Ipsi enim proprie a Domino dictum est: *Pasce oves meas!*<sup>215</sup> Ideoque non solum in Gallia et<sup>iiii</sup> Aquitania quæ proprie diocesis est beati Marcialis, quod apostolus eam primitus ante omnes predicatorum Evangelio inlustravit, verum etiam per ceteras mundi provincias beatus Petrus et successores ejus apostolici Romani episcopos sacraverunt et direxerunt, jure et merito, quia tota Ecclesia soli Petro proprie commissa est, et de omnibus ecclesiis Romano papæ cura est. Nam et in Antiochia et per Aegiptum, quæ proprie erant dioceses beati Jacobi apostoli, beatus Petrus episcopos ordinavit. Marcum etiam Evangelistam discipulum suum in Ægyptum a Roma misit ad predicandum, de qua

<sup>213</sup> *Vita Martial. II* xv : oportet u. ; c. carnali noscitur a. ; m. fiat e.

<sup>214</sup> *cf. Vita Martial. II* xxiii.

<sup>215</sup> Joh. 21, 17.

provincia apostolus proprie predicatur Marcus, quia eam primus inluminavit predicatione apostolica.

4. Nam et beatus Marcialis, preter id quod Domini in carne discipulus fuit et potestatem ac virtutem ligandi atque solvendi cum aliis apostolis a Domino ipso accepit, tamen quia primus in Gallia choruscavit apostolico lumine, quia primus in occiduis post Petrum immo quasi alter junior Petrus fidem evangelicam seminavit, ideo de Gallia digne et merito est apostolus. Quoniam :

Petri comes et proximus,

Christique presens actibus,

Hoc tunc repletus pneumate,

(sicut antiqui patres nostri testimonium perhibuerunt),

Apostolus fit Galliæ.<sup>216</sup>

## [[XXII

1. Beatus autem Clemens uti prudens et doctus pastor, ubi ferociores et rebelliores gentes fore cognovit<sup>□</sup>, illuc dirigere sapientiores et austeriores necesse habuit predicatorum<sup>□</sup>, qui ‘cotidie non cessarent<sup>□</sup> divina seminare semina, et multos Christo lucrari<sup>□</sup> et ad rectam fidem et viam veritatis perducere, ut plures manipulos Domino valerent<sup>□</sup> presentare.’<sup>217 218</sup>

2. Item dicit beatus Clemens de primatu episcoporum quia constituit beatus Petrus episcoporum primates poni vel patriarchas in illis civitatibus in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant. Illi autem primates<sup>□</sup> reliquorum episcoporum iudicia et majora quotiens necesse foret negotia in fide agitent, et secundum Domini voluntatem<sup>□</sup>, ita ut ne quis injuste periclitaretur, definirent.<sup>219</sup>

<sup>216</sup> *Hymnus in matutinis laudibus* 2 (cod. Moissiac. [X s.] fol. 24b, in *Analecta Hymnica*, 2, 62 p. 56) : r. neumate / Nunc pontifex f.

*cf. etiam* Cantus 830269 (ms. BNF Lat. 1085 [cod. Lemov. X s. ex.] fol. 91v).

*cf. supra Sermo de euch.* XXIV 9 (fol. 78).

<sup>217</sup> *cf.* GREG. M., *In evang.* I, 17, 16 (PL., 76, col. 1147-1148).

<sup>218</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXVII : fore cognoverimus, i. ; necesse habemus, q. ; non cessent d. ; Christo lucrare (*sed* lucrari B, D, P) et ; D. valeant presentare.

<sup>219</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXVIII : Qui reliquorum ; v., sicut sancti constituerunt apostoli, ita.



3. In illis autem civitatibus in quibus dudum<sup>iiii</sup> apud predictos erant ethnicos eorum archiflames, quos tamen minores tenebant quam memoratos<sup>kkkk</sup> primates, archiepiscopos institui precepit beatus Petrus. Qui non tamen primatum, sed archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum iudicia<sup>o</sup> et majora<sup>iii</sup> ecclesiarum negotia, si ipsi episcopi reclamaverint, aut aliquem timorem, aut archiepiscopos<sup>o</sup> vel alios quoslibet suspectos habuerint, ad jam dictos primates vel patriarchas, ne aliquis [fol. 121] innocenter<sup>o</sup> periret, transferre perdocuit idem beatus Petrus.<sup>220</sup>

4. In singulis vero reliquis civitatibus, singulos et non binos vel ternos aut plures episcopos constitui precepit, qui non primatum, non archiepiscoporum aut metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed episcoporum tantum vocabulo potirentur. ‘Quoniam nec inter ipsos apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus prefuit beatus Petrus.’<sup>221</sup> Qui beatus Petrus hoc etiam providendum instituit, ne in villis aut castellis aut modicis civitatibus instituerentur episcopi, ne vile eorum nomen fieret.<sup>222</sup>

## [[XXIII

1. Secundum doctrinam beati Clementis quam a beato Petro audivit, oportet, dilectissimi, hæc omnia ita peragere. Scitote tamen quia de ipsa institutione beati Petri postea plura mutata sunt, juxta quod posteris visum est permutasse. Vetustate enim et infestatione periculorum, vetustas in quibusdam sua privilegia amisit, et novitas pro eventu temporis quæ non dudum habuerat suscepit, tamque multa consuetudine ipsa novitas nostris temporibus antiqua videtur.

2. Nam post beatum Petrum et aliorum apostolorum excessum, quædam civitates conditæ vel restauratæ sunt, quæ nunc matres civitatum quasi videntur, cum ante ignobiles essent, sicut Constantinopolis. Quædam antiquitus matres civitatum erant in eadem provincia qua erant sitæ, quæ postea privilegio materno caruerunt, sicut

<sup>220</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXIX : iudicia, ut superius memoratum est, et ; aut istos vel ; a. nocenter (*sed innocenter D*) periret, t.

<sup>221</sup> cf. LEO M., *Epist.* 14, 11.

<sup>222</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXIX.

Lemovica in Galliis, quæ illis temporibus populosior et excellentior inter omnes et super omnes Galliarum<sup>mmmm</sup> urbes videbatur. Ad quam velut famosior et dominam Galliæ primus predicator Galliarum beatus Marcialis ab oriente, jubente Domino et exhortante Petro, advenit, et in ea regem Galliarum Stephanum cum suis ducibus et comitibus et optimatibus baptizavit.

3. Vercellis Ligurum civitas olim primatum habebat, quem primatum postea Mediolanum civitas optinuit.<sup>223</sup>

4. Quædam civitates olim antiquitus habebant archiepiscopos, nunc tantum episcopos habent. E diverso quædam habebant episcopos tantum, nunc favore principum arridente archiepiscopos habent.

5. Minores civitates olim secundum institutionem beati Petri non habebant episcopos, nunc pleræque habere videntur.

6. Quædam etiam civitates duos aut tres simul episcopos habebant, quos nunc vocamus ‘corepiscopos’, sicut Linus et Cletus cum Clemente apud Romanam urbem, et Alpinianus atque Austriclinianus cum Aureliano apud Lemovicam simul extitisse noscuntur. Apostoli enim, qui eos simul esse permiserunt, potestate propria usi sunt, propter multitudinem populorum qui ad Deum ab idolis convertebantur, ita tamen ut post eorum discessum regula ab apostolis prefixa de uno episcopo observaretur. Quædam enim sic instituta sunt, ut tamen si recta intentione a successoribus inmutentur, non sit transgressio sed magis veneratio erga sanctos patres, in Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in sæcula. Amen.

---

<sup>223</sup> Érection en archevêché de l'évêché de *Vercellis* (Vercueil) en 817.

**SERMO IN CONCILIO, EX DICTIS BEATI CLEMENTIS PAPÆ.**

*DICTA BEATI Clementis papæ ad aedificationem sacerdotum, et totius sanctæ Ecclesiæ.*

**[XXIV]**

1. Idem Clemens sic ait<sup>nnnn</sup> : « Qui me in cathedra sua ordinavit beatus magister meus Petrus apostolus episcopos quidem vicem apostolorum gerere Dominum docuisse docebat<sup>l</sup>, et reliquorum discipulorum vicem tenere presbiteros debere insinuabat. »<sup>224</sup>
2. Sicut Clemens beatus papa scribit verum est, fratres : quantum enim distat inter presbiteros et episcopos, tantum merito et dignitate distabat inter duodecim<sup>oooo</sup> discipulos et alios septuaginta<sup>pppp</sup> duos discipulos Domini. Ideo familiariter, sicut multociens Evangelium scribit, assumpsit Jesus duodecim<sup>qqqq</sup> discipulos suos, quibus utpote dignioribus archana sua reserabat. Tamen sicut isti fuerunt apostoli, ita et illi fuerunt apostoli Christi. Testante Paulo apostolo, qui dicit : Apparuit Dominus Petro *et post hæc undecim<sup>rrrr</sup>, deinde visus est Jacobo, deinde apostolis omnibus*, hoc est septuaginta<sup>ssss</sup> duobus.<sup>225</sup> Sicut enim Dominus misit prius duodecim<sup>tttt</sup>, ita postea misit septuaginta<sup>uuuu</sup> duos ad predicandum dicens : *Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos !*<sup>226</sup> Quos enim proprie Christus misit predicare illi proprie apostoli Christi, hoc est legati vel missi Christi, fuerunt. Quibusdam tamen ex illis Dominus post resurrectionem suam potestatem ligandi et solvendi cum majoribus apostolis concessit, sicut de beato Marciale doctore gentis Aquitanicæ nobis tradidit certa antiquitas. Quos digniores conferunt quidam sanctorum patrum gerere formam illorum sacerdotum

<sup>224</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXX : docuisse dicebat, et.

<sup>225</sup> I Cor. 15, 7 : Visus est Cephæ et.

<sup>226</sup> Luc. 10, 3.

quos Greci vocant ‘corepiscopos’, qui consensu episcopi sui vicem ejus ubi ille defuerit implent in omni episcopali officio, obsecutores et coadjutores suis episcopis existentes, ne solus episcopus in una majori civitate importabili onere pregravetur. Digniores, inquam, qui inter septuaginta<sup>vvv</sup> duos extiterunt conferimus illis qui vicem episcoporum agentes greco nomine ‘corepiscopi’ dicuntur, sicut a patribus accepimus. Scribente autem Hieronimo : ‘Nulla dubitatio est omnes qui Dominum in carne secuti sunt et eum postea predicaverunt fuisse apostolos.’<sup>227</sup>

3. Idcirco sicut majori numero fuerunt illi discipuli postea electi hoc est designati a Domino, illis qui prius electi sunt, ita presbiteri plures numero sunt quam episcopi, qui singuli singulas civitates gubernant. De quibus episcopis et presbiteris si quis aliquem scandalizaverit<sup>□</sup>, gravissimam sibi poenam infert<sup>□</sup>,<sup>228</sup> docente beato Petro, ut beatus Clemens scribit. Item scribit Clemens quia docebat beatus Petrus cunctos episcopos et presbiteros se invicem diligere et adjuvare debere, et neminem ab adjutorio fratris se subtrahere instruebat.<sup>229</sup>

4. Homicidas vero et adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, et qui episcopis et presbiteris æquales<sup>□</sup> non sunt, ab episcoporum et presbiterorum vexatione et accusatione docente<sup>□</sup> Domino prohibebat, et non nisi a coæqualibus aliquid eis<sup>□</sup> inferre debere docebat.<sup>230</sup>

***Item et dicta beati Petri, collecta ex scriptis beati Clementis.***

**[]XXV**

1. Discipulum super magistrum esse,<sup>231</sup> aut ei injuriam inferre, nullatenus debere oportet. Infames omnes et quos primates leges sæculi non suscipiunt<sup>□</sup> sed et laicos, ab episcoporum et

<sup>227</sup> cf. HIER., *In Gal.* I, 1, 19 (col. 330).

<sup>228</sup> cf. Matth. 18, 6.

<sup>229</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXX : aliquem scandalizaret, g. ; poenam inferre se predicebat.

<sup>230</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXI : qui eis coæquales non erant, ab eorum v. ; a. dicente Domino ; a. sibi inferre.

<sup>231</sup> cf. Matth. 10, 24 et Luc. 6, 40.

seniorum<sup>□</sup> accusatione et vexatione semper depelli debent<sup>□</sup>, et cuncti episcopis<sup>www</sup> et senioribus subditi sint.<sup>232</sup>

2. Cunctorum sacerdotum vita superior sanctiorque<sup>□</sup> ac discreta a sæcularibus et laicis hominibus sit<sup>□</sup>, et spirituales atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituentur<sup>□</sup>, quia sic oportet<sup>xxxx</sup> fieri : Quoniam pro minimo sacerdotibus<sup>□</sup> esse<sup>yyyy</sup> debet ut a talibus arguantur<sup>□</sup> et judicentur, vel ab humano die.<sup>233 234</sup>

3. Majores vero a minoribus nec accusari nec judicari ullatenus possunt<sup>□</sup>. Quoniam non solum hoc divinæ<sup>□</sup>, sed et leges sæculi inhihent<sup>□</sup>. Omnes autem legum divinarum libenter violatores, et sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, ecclesiastica indignos regula et sancta communione judicamus<sup>□</sup>. Operatores vero earundem, eisque oboedientes, utrorumque<sup>zzzz□</sup> ac cæterorum bonorum dignos esse dicimus.<sup>235</sup>

4. Unde et prophetam<sup>□</sup> in testimonium sumimus, dicentem : *Audite cæli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est ! Filios genui<sup>□</sup> et exaltavi ; ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, et asinus presepe domini sui ; Israël non cognovit me, populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra, addentes prevaricationem ? Omne caput languidum et omne cor merens. A planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas. Vulnus et livor et plaga [fol. 121v] tumens, non est circumligata nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ<sup>aaaa</sup> igni ; regionem<sup>□</sup> coram vobis alieni devorant. Et desolabitur sicut in vastitate hostili, et derelinquetur.*<sup>236 237</sup>

<sup>232</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXI : non recipiunt (*sed* suscipiunt *B, D*) s. ; ab eorum a. ; semper repellere debere rogabat et cunctos sibi subditos esse precipiebat.

<sup>233</sup> cf. I Cor. 4, 3.

<sup>234</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXII : s. vitam superiorem sanctioremque ac discretam a ; hominibus esse, et ; semper constituere et fore debere docebat ; m. nobis esse ; t. arguamus et judicemur, vel.

<sup>235</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXIII : ullatenus posse dicebat ; hoc divinas, s. ; sæculi inhihere dicebat ; communione judicabat ; o., utrarumque ac cæterarum bonarum dignos esse dicebat.

<sup>236</sup> Is. 1, 2-7.

<sup>237</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXIII : et prophetas in testimonium sumebat ; Filios enutrivi et ; regionem vestram c.

5. Hæc prophetia, sicut beatus Petrus dicebat, de his dicta est qui voluntarie violant sanctam legem Dei, cui est gloria in sæcula. Amen.

**SERMO IN CONCILIO DE VIOLATORIBUS SANCTORUM CANONUM.**

**[[XXVI**

1. SCRIBIT Beatus Clemens quia docebat beatus Petrus, de his qui voluntarie sanctos canones et superbe contempnunt, prophetam dixisse hæc verba : *Væ, inquit, qui dicitis bonum malum, et malum bonum ; ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras ; ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.*<sup>238</sup> *Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Et nobiles ejus interierunt fame, et multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino. Et descendunt fortes ejus et populus ejus, et sublimes gloriosique ejus ad eum. Et incurvabitur homo, et humiliabitur vir, et oculi sublimium deprimentur<sup>o</sup>. Et exaltabitur Dominus in judicio, et Deus sanctus sanctificabitur in justitia.*<sup>239 240</sup>

2. Item beatus Petrus carnales spiritualibus resistere prohibebat, et de his qui cervices suas contra magistros et seniores suos erigunt<sup>o</sup>, in exemplum hanc prophetiam Hiezechielis<sup>bbbb</sup> dicebat : *Detracta est ad inferos superbia tua, cecidit cadaver tuum. Subter te sternetur tineæ, et operimentum tuum<sup>o</sup> vermes. Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris ? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo : « In cælum conscendam, super astra Dei<sup>o</sup> exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo. » Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur, teque prospicient. Numquid iste est vir qui conturbavit terram, qui concussit regna ? Qui posuit orbem desertum et urbes ejus<sup>o</sup> destruxit, vinctis ejus non aperuit carcerem ?*<sup>241 242</sup>

3. Idem beatus Petrus docebat Ecclesiam dicens : « Ebrietatem oppido prohibemus<sup>o</sup>, et ebriosos corpore et animo mortuos esse predicamus<sup>o</sup>. De quibus et in exemplum illud Isaïæ prophetæ dicimus<sup>o</sup> : *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad*

<sup>238</sup> Is. 5, 20.

<sup>239</sup> Is. 5, 13-16.

<sup>240</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXIII : sublimium deprimitur (*sed deprimentur B, D, P*).

<sup>241</sup> Is. 14, 11-17.

<sup>242</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXIV : suos erigebant, in ; tuum erunt vermes (*sed tuum vermes B, P*) ; Dei et exaltabo (*sed Dei exaltabo B, D, P*) ; urbes destruxit (*sed urbes ejus destruxit B, D, P*), v.

*vesperam, ut vino æstuetis ! Cythara et lira et timpanum, et tibia et vinum in conviviis vestris, et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.*<sup>243</sup> Et iterum : *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam<sup>□</sup> ebrietatem ! Qui justificatis impium pro muneribus, et justitiam justis aufertis<sup>□</sup> ab eo ! Propter hoc sicut devorat stipulam ligna ignis, et calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, et germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium sancti Israël blasphemaverunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, et extendit manum suam super eum, et percussit eum et conturbati sunt montes, et facta<sup>cccc</sup> sunt morticina eorum quasi stercus, in medio platearum. In omnibus his non est aversus furor ejus<sup>□</sup>, sed adhuc manus ejus extenta.*<sup>244</sup> »<sup>245</sup>

4. Item beatus Petrus dicebat : « Nullum presbiterum, in alicujus episcopi parrocchia, aliquid agere debere absque ejus permissu docemus<sup>□</sup>. Cunctos presbiteros propriis episcopis in omnibus absque mora oboedientes, instituyente Domino, esse debere docemus<sup>□</sup>. *Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi vult fieri*<sup>246</sup> instruimus<sup>□</sup> per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen. »<sup>247</sup>

---

<sup>243</sup> Is. 5, 11-12.

<sup>244</sup> Is. 5, 22-25.

<sup>245</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXV : oppido prohibebat, et ; esse predicabat ; exemplum aiebat ; ad miscendum (*sed* miscendam B, P) e. ; j. auferetis (*sed* aufertis B, D, P) ab ; furor populus meus (*sed* ejus B, D, P), s.

<sup>246</sup> Tob. 4, 16.

<sup>247</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXVI : permissu docebat ; debere docebat ; fieri instruebat.



**SERMO IN CONCILIO DE DIGNITATE EPISCOPORUM, EX SCRIPTIS BEATI CLEMENTIS.**

**[[XXVII**

1. Scribit beatus Clemens quia beatus Petrus apostolus de dignitate episcoporum sic predicare solebat dicens : « Sanctam Ecclesiam immaculatam ab omnibus clericis et laicis servare<sup>□</sup> debere evangelizamus, cujus sanctæ Ecclesiæ claves episcopos esse dicimus<sup>□</sup>. *Ipsi enim habent potestatem claudere cælum, et aperire portas ejus, quia claves cæli facti sunt.*<sup>248</sup> Amovere autem episcopos<sup>□</sup> neminem debere docemus, quia episcopi proprie oculi Domini sunt, et qui eos tangit tangit pupillam oculi ejus.<sup>249 250</sup>

2. Et quantæ poenæ dignus sit qui episcopos<sup>□</sup> scandalizat, ipsum Dominum docuisse dicimus<sup>□</sup>, ubi ait : *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur<sup>□</sup> in profundum maris. Væ mundo ab scandalis ! Necesse est enim ut veniant scandala. Verumtamen væ homini per quem scandalum venit ! Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum et proice abs te ! Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te. Bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in Gehennam ignis. Videte : ne contempnatis unum ex pusillis istis !<sup>251</sup> Amen dico vobis : quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo. Et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quæcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cælis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*<sup>252 253</sup>

<sup>248</sup> Apoc. 11, 6.

<sup>249</sup> Zach. 2, 8.

<sup>250</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXVII : immaculatam omnes servari debere evangelizabat, c. ; esse dicebat ; a. eos neminem debere docebat, q.

<sup>251</sup> cf. Matth. 18, 6-10.

<sup>252</sup> Matth. 18, 18-20.

<sup>253</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXVII : qui eos s. ; docuisse dicebat, u. ; et dimergatur (*sed demergatur B, P*) in.

3. Item propheta de his qui episcopos contempnunt loquitur dicens : *Expavit cælum super hoc, et horruit<sup>254</sup> amplius vehementer dicens Dominus :<sup>254</sup> O intolerabilem malignitatem, o linguam loquentem contra Dominum<sup>255</sup> iniquitatem, et mentem in altitudinem cornu extollentem !<sup>255 256</sup>*

4. Et de his qui episcopis detrahunt ait propheta : *Impone, homo, linguæ tuæ, seram et hostium !<sup>257</sup> Cessa cornu in altitudinem extollens, et loquens iniquitatem adversus Deum et proximum tuum !<sup>258</sup> Quousque insultas patienti Christo et fratribus ? »<sup>259</sup>*

5. Item beatus Petrus dicebat : « Qui sic peccant<sup>260</sup> in sacerdotes, et percutiunt eorum infirmam conscientiam, in Christum graviter peccant<sup>260</sup>, et rei iudicio effecti infames efficiuntur<sup>261</sup>, et juste repelluntur.<sup>261</sup>

6. Iterum de dignitate sacerdotum propheta dicit<sup>262</sup> : *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini ; « ministri Dei nostri » dicetur<sup>263</sup> vobis. Fortitudinem gentium comedetis, et in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra duplici et rubore, laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. Quia ego, Dominus, diligens iudicium, et odio habens rapinam in olochaustum, et dabo opus eorum in veritate, et foedus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.<sup>262 263</sup>*

7. Item de dignitate sacerdotum ait propheta : *Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento<sup>264</sup> salutis, et indumento justitiæ circumdedit me. Quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert*

<sup>254</sup> Hier. 2, 12 (VL) : v. dicit d.

cf. etiam Job 37, 1 : super hoc expavit cor meum, et emotum est de loco suo.

<sup>255</sup> Ps. 74, 6 (VL) : c. deum i.

<sup>256</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXVII : et hoc corrui (*sed horruit P*) amplius vehementer dicit D. ; contra Deum i.

<sup>257</sup> Eccli. 28, 28 (VL).

<sup>258</sup> Ps. 74, 6 (VL) : p. suum.

<sup>259</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXVII.

<sup>260</sup> I Cor. 8, 12.

<sup>261</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXVII : Sic autem peccantes in fratres, et percutientes e. ; g. peccatis, et ; i. efficimini, et juste repellimini.

<sup>262</sup> Is. 61, 6-9.

<sup>263</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXVII : iterum per prophetam loquitur dicens ; n. dicente (*sed dicetur B, P*) vobis.

*germen<sup>□</sup> suum, et sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit<sup>□</sup> justitiam et laudem coram universis gentibus.<sup>264</sup> »<sup>265</sup>*

8. Item beatus Petrus dicebat : « Episcopos<sup>□</sup> a solo Domino judicandos aut removendos, et non ab aliis esse dicimus<sup>□</sup>, quia episcopi proprie Domini sunt, et non alterius. Et quis est qui alterius judicet servum ? Nam si ista non patiuntur, nec Deus deorum et dominus dominantium hæc ullatenus patitur. Unde et prophetas nobis<sup>□</sup> esse [fol. 122] testes dicimus quia episcopi proprie Domini servi sunt, et non alterius, sicut per Isaiam Dominus loquitur dicens : *Ecce excoxi te, sed non quasi argumentum ; elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam ut non blasphemem<sup>□</sup>, et gloriam meam alteri non dabo. Audi me, Jacob, et Israel quem ego voco ! Ego ipse ego primus et ego novissimus, manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est caelos. Ego vocabo eos, et stabunt simul.<sup>266</sup> Me insulæ expectabunt, et brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis justum populum, lex mea in corde eorum ! Nolite timere obprobria hominum, et blasphemias eorum ne metuatís ! Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis, et sicut lanam sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generationes generationum.<sup>267</sup> <sup>268</sup>*

9. Et iterum de episcopis a solo Deo judicandis et non ab alio propheta ait : *Abscondita est via mea a Domino, et a Deo meo iudicium meum transiit. Numquid nescis aut non audisti ? Deus sempiternus, Dominus qui creavit terminos terræ, non deficiet neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus. Qui dat lasso virtutem, et his qui non sunt fortitudinem et robur multiplicat. Deficient pueri et laborabunt, et juvenes in infirmitatem cadent : qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current et non laborabunt, ambulabunt*

<sup>264</sup> Is. 61, 10-11.

<sup>265</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXVII : me vestimentum (*sed* vestimento *B, P*) salutis et indumentum lætitiæ (*sed* indumento justitiæ *B, P*) c. ; profert semen s. ; Deus germinet (*sed* germinabit *B, P*) j.

<sup>266</sup> Is. 48, 10-13.

<sup>267</sup> Is. 51, 5-8.

<sup>268</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XXXVIII : Eos autem a ; esse dicebat, quia sui s. ; p. sibi esse testes dicebat, per quos D. ; ut blasphemetur (*sed* blasphemem *B, P*), et.

*et non deficient.*<sup>269</sup> *Taceant ad me insulæ, et gentes mutent fortitudinem. Accedant et nunc loquantur : simul ad iudicium propinquemus.*<sup>270</sup> »<sup>271</sup>

10. Omnis ergo ecclesia suis episcopis oboediat, quia ipsi sunt familiares ministri et amici Dei, cui est gloria in sæcula. Amen.

---

<sup>269</sup> Is. 40, 27-31.

<sup>270</sup> Is. 41, 1.

<sup>271</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXVIII.

**SERMO IN CONCILIO DE DIGNITATE EPISCOPORUM, EXCERPTUM EX SCRIPTIS  
BEATI CLEMENTIS.**

**[XXVIII]**

1. SCRIBIT beatus Clemens quia beatus Petrus de episcoporum dignitate predicare solebat dicens : « Eos qui episcopos<sup>□</sup> vexant, aut amovere vel damnare nituntur, ipse dominus<sup>□</sup> per prophetam damnat, et usque ad satisfactionem eorum et Ecclesiae damnatos esse docemus<sup>□</sup>, his verbis prophetæ ubi ait : Talia elegerunt in viis suis, et in abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde<sup>□</sup> et ego eligam illusiones eorum, et damnationem adducam eis, quia locutus sum eis et non audierunt. Feceruntque malum in<sup>□</sup> oculis meis, et quæ<sup>□</sup> nolui elegerunt. Audite verbum domini, qui tremitis<sup>dddd</sup> ad verbum ejus ! Dixerunt fratres vestri, odientes vos et abicientes : “ Propter nomen meum glorificetur Dominus, et videbimus in lætitia vestra. ” ; ipsi autem confundentur.<sup>272</sup> Non enim laborabunt frustra in conturbatione presules mei, quia semen benedictionum Domini est. Antequam clament ego exaudiam, et adhuc illis loquentibus ego audiam<sup>□</sup>.<sup>273</sup> »<sup>274</sup>

2. Item beatus Petrus de episcopis dicebat : « Ad glorificandum se et divina mandata seminanda episcopos<sup>□</sup> Dominus elegit, et non ut prohibeantur aut perturbentur. Quoniam qui episcopos<sup>□</sup> lædit, eum lædit cujus legatione funguntur.<sup>275</sup> Prædicare episcopos<sup>□</sup> assidue, et mandata Domini sine intermissione annuntiare rogamus<sup>□</sup>. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, et conscientiam bonam coram Deo habere insinuamus<sup>□</sup>. Omnes principes terræ et cunctos homines episcopis<sup>□</sup> oboedire, et capita sua submittere, eorumque adiutores existere precipimus<sup>□</sup>, ut omnes pariter fideles et cooperatores legis Dei monstrentur<sup>□</sup>.<sup>276</sup>

<sup>272</sup> Is. 66, 3-5 : Hæc omnia e. ; et quæ timebant a.

<sup>273</sup> Is. 65, 23-24 : Non electi mei l. ; conturbatione neque generabunt.

<sup>274</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXVIII : qui hos vetant (*sed* vexant B, D), aut movere (*sed* amovere B, D, P) vel ; n., ipsum dominum per prophetam damnare, et ; esse docebat, ubi ; Et inde (*sed* Unde B, D, P) et ; malum et (*sed* in B, D, P) o. ; et quem (*sed* quæ D, P) n. ; ego exaudiam (*sed* audiam B, D, P).

<sup>275</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

<sup>276</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXIX : seminanda et evangelizanda eos D. ; qui eos l. ; Prædicare eos a. ; annuntiare rogabat ; habere insinuabat ; h. eis oboedire ; existere precipiebat, ut ; Dei monstrentur.

3. De illis enim qui contradicunt episcoporum jussionibus, ait propheta<sup>□</sup> : *Confundentur et erubescunt omnes qui pugnant adversum te, et erunt quasi non sint. Et peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos et non inuenies, viros rebelles tuos ; erunt quasi non sint et veluti consumptio hominis bellantis adversum te.*<sup>277</sup> Omnes ergo qui episcopis contradicunt<sup>□</sup> ita damnatos et infames usque ad satisfactionem monstramus<sup>□</sup>, et nisi convertantur, a liminibus sanctæ Ecclesiæ alienos esse precipimus<sup>□</sup>.<sup>278</sup>

4. Homicidiorum vero genera tria esse dicimus<sup>□</sup> et poenam eorum parilem fore docemus<sup>□</sup>. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita et detractores eorum, eosque odientes homicidas esse manifestamus<sup>□</sup>. Quia et qui occidit, et *qui odit fratrem suum*, et qui detrahit pariter homicidæ<sup>□</sup> esse monstrantur.<sup>279</sup> Omnes autem clericos et laicos *a carnalibus desideriis quæ militant adversus animam abstinere, et bonam* eorum conversationem ac innocentem omnibus monstrare rogamus<sup>□</sup>.<sup>280</sup> »<sup>281</sup>

5. *Ex corde cuncti*<sup>□</sup> ut *se invicem attentius diligant* insinuamus,<sup>282</sup> et veram fraternitatem inter se habere docemus<sup>□</sup>, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>283</sup>

---

<sup>277</sup> Is. 41, 11-12.

<sup>278</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XXXIX : Ne de eis dicatur ; qui eis contradicent i. ; satisfactionem monstrabat, et nisi converterentur, a l. ; esse precipiebat.

<sup>279</sup> I Joh. 3, 15 : homicida est.

<sup>280</sup> I Petr. 2, 11-12 : Vos a ; bonam nostram c.

<sup>281</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XL : esse dicebat, et ; fore docebat ; esse manifestabat ; pariter homicida (*sed* homicidæ B, D, P) e. ; monstrare rogabat.

<sup>282</sup> I Petr. 1, 22 : attentius diligite.

<sup>283</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLI : corde enim cunctos invicem attentius diligere insinuabat, et ; habere docebat.

**SERMO IN CONCILIO EPISCOPORUM VEL IN ECCLESIA, QUANDO EPISCOPI NON  
SUNT, EX DICTIS BEATI PETRI, EXCERPTUM EX SCRIPTIS BEATI CLEMENTIS.**

**¶XXIX**

1. SCRIBIT beatus Clemens papa, discipulus beati Petri apostoli et ab ipso consecratus episcopus,<sup>284</sup> quia cotidiana ejusdem beati Petri apostoli<sup>¶</sup> predicatio, inter cætera divina mandata, hæc erat quam in ejus exemplum sanctæ Ecclesiæ<sup>¶</sup> ipse beatus Clemens curavit significare.<sup>285</sup>

2. Dicebat enim beatus Petrus apostolus quia<sup>¶</sup> bonorum operum inter cætera semina ac negotia sunt, quantum unusquisque sapit ac potest, totis intimi cordis visceribus Deum diligere, et proximum velut se ipsum. Abnegare se ipsum sibi, ut Jesum Christum dominum nostrum sequatur, et nihil ejus amori preponere ; veritatem corde et ore proferre debere, et totam spem suam semper Deo committere instruimus<sup>¶</sup>.<sup>286</sup>

3. ‘Actus vitæ suæ omni hora custodire, et in omni loco Deum se respicere firmiter scire ; cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere, et sacerdotibus domini manifestare ; os suum a malo vel pravo eloquio custodire, et verba vana aut mendatia non loqui,<sup>287</sup> quia *os quod mentitur occidit animam* ;<sup>288</sup> ‘verba divina libenter audire,<sup>289</sup> et sacerdotibus suis obtemperare, atque oboedientes esse docemus<sup>¶</sup>.<sup>290</sup>

4. ‘Prædicationi et orationi ac lectioni clericis frequenter incumbere,<sup>291</sup> et ab omnibus clericis et laicis elemosinas veras perficere ; ‘desideria carnis non perficere, sed propriam<sup>¶</sup> frangere voluntatem :<sup>292</sup> ‘boni aliquid in se cum viderit, Deo applicet, non sibi, et malum a se factum

<sup>284</sup> cf. *Sermo de gratia* XVIII 3.

<sup>285</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLI : Cotidiana enim illius p. ; exemplum etiam tibi (...) curavi s.

<sup>286</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLI : Inquit b. ; committere instruebat.

<sup>287</sup> BENED., *Reg.* 4, 48-52 (p. 460).

<sup>288</sup> Sap. 1, 11.

<sup>289</sup> BENED., *Reg.* 4, 55 (p. 460).

<sup>290</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLI : esse docebat.

<sup>291</sup> BENED., *Reg.* 4, 56 (p. 460).

<sup>292</sup> BENED., *Reg.* 4, 59-60 (p. 460).

cognoscat, et sibi reputet ;<sup>293</sup> ‘multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum aut malum loquantur ;<sup>294</sup> ‘diem iudicii timere ; Gehennam expavescere, et vitam æternam omni concupiscentia desiderare ;<sup>295</sup> ‘*non occidere, non adulterare, non furtum facere* ; non rem proximi concupiscere ; *non falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare* ;<sup>296,297</sup> ‘corpus custodire ; vanas et caducas non amplecti delicias ; jejunium et vigiliis sanctas amare ; pauperes recreare, nudos vestire ; infirmos visitare, mortuos sepelire,<sup>298</sup> et diligenter eorum exequias peragere, pro eisque orare et elemosinas dare ; ‘dolentes consolare et suis bonis refovere, et a<sup>cccc</sup> malis actibus se alienum facere ;<sup>299</sup> ‘non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem ; non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem,<sup>300</sup> quia qui detrahit, non solum se, sed multos alios occidit ; ‘iram non perficere, nec iracundiæ tempus reservare ; dolum in corde non tenere, nec pacem falsam dare ; caritatem non derelinquere, nec jurare, ne forte perjurium<sup>o</sup> (quod absit !) fiat ;<sup>301</sup> ‘malum pro malo non reddere, nec injuriam facere, sed factam patienter sufferre ; inimicos diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, et persecutionem pro justitia sustinere ;<sup>302</sup> ‘castitatem amare, et nullum odio habere,<sup>303</sup> quia *qui odit fratrem suum homicida est* ;<sup>304</sup> ‘elationem fugere, zelum malum non habere ; invidiam non exercere, nec contentionem amare ;<sup>305</sup> ‘cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, et de Dei misericordia numquam desperare ;<sup>306</sup> ‘seniores venerari, et<sup>ffff</sup> juniores diligere ;<sup>307</sup> **episcopi sacerdotes suos ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam verba et mandata divina instruere debent [fol. 122v] et amare.**<sup>308</sup>

<sup>293</sup> BENED., *Reg.* 4, 42-43 (p. 458).

<sup>294</sup> BENED., *Reg.* 4, 51-52 (p. 460).

<sup>295</sup> BENED., *Reg.* 4, 44-46 (p. 460).

<sup>296</sup> *cf.* Matth. 19, 18-19.

<sup>297</sup> BENED., *Reg.* 4, 3-8 (p. 456).

<sup>298</sup> BENED., *Reg.* 4, 11-17 (p. 456).

<sup>299</sup> BENED., *Reg.* 4, 19-20 (p. 456).

<sup>300</sup> BENED., *Reg.* 4, 34-40 (p. 458).

<sup>301</sup> BENED., *Reg.* 4, 22-27 (p. 458).

<sup>302</sup> BENED., *Reg.* 4, 29-33 (p. 458).

<sup>303</sup> BENED., *Reg.* 4, 64-65 (p. 462).

<sup>304</sup> I Joh. 3, 15.

<sup>305</sup> BENED., *Reg.* 4, 66-69 (p. 462).

<sup>306</sup> BENED., *Reg.* 4, 73-74 (p. 462).

<sup>307</sup> BENED., *Reg.* 4, 70-71 (p. 462).

<sup>308</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLI : sed propria (*sed* propriam *B, P*) f. ; forte perjurus (*sed* perjurium *B, P*) eosque odientes homicidas esse manifestabat, quia et qui occidit fratrem suum et q. ; venerari, juniores (*sed* et juniores *B, D, P*) diligere, episcopos s.



5. Et ipsi sacerdotes et omnes clerici et laici<sup>□</sup> episcopos suos tota animi virtute diligant<sup>□</sup> ut oculos suos, *quia oculi sunt* illorum.<sup>309</sup> ‘Episcoporum<sup>□</sup> preceptis in omnibus oboedire ab omnibus docemus, etiam si ipsi episcopi aliter (quod absit !) agant. Memores scilicet illius dominici precepti, quæ dicunt *facite* ; quæ autem faciunt *facere nolite* !<sup>310,311</sup> Ipsi autem episcopi si exorbitaverint, a subjectis sibi neque ab aliis clericis et laicis qui non sunt eis subjecti<sup>□</sup> non sunt reprehendendi vel arguendi, sed portandi, nisi in fide erraverint. Episcopi<sup>□</sup> ergo super sacerdotes et clericos et laicos sunt, non illi super episcopos<sup>□</sup>. Quoniam major a minore nec argui nec judicari potest, nullus se extollat erga doctores et magistros suos, quia discipulus super magistrum nec esse debet nec potest.<sup>312</sup> ‘Nullus velit dici sanctus antequam sit, sed prius sit quod verius dicatur. Præcepta Domini, doctorumque ac magistrorum factis cotidie adimplere,’<sup>313</sup> et in Christi nomine pro inimicis orare oportet. Oboedientia enim et humiliatio quæ<sup>□</sup> magistris agitur, non illis sed Domino proprie exhibetur, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>314</sup>

---

<sup>309</sup> I Reg. 14, 29 et Jer. 16, 17, *inter al.*

<sup>310</sup> *cf.* Matth. 23, 3.

<sup>311</sup> BENED., *Reg.* 4, 60-61 (p. 460-462).

<sup>312</sup> *cf.* Matth. 10, 24 et Luc. 6, 40.

<sup>313</sup> BENED., *Reg.* 4, 62-63 (p. 462).

<sup>314</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLII : Hosque omnes eorum episcopos ; v. diligere ut ; Eorum preceptis ; ab istis non ; Hi ergo super hos s. ; super istos ; quæ a magistris (*sed* quæ magistris *B, D, P*) a.

**SERMO IN CONCILIO DE OBOEDIENTIA ERGA EPISCOPOS.**

**||XXX**

1. Scribit beatus Clemens quia docebat Ecclesiam beatus Petrus dicens : « Omnes sacerdotes et clerici et laici semper sint oboedientes episcopis suis. De his enim timoratis et justis, qui oboedientiam exhibent episcopis suis, ait sapientia : *Timor Domini delectabit cor<sup>o</sup>, et dabit lætitiā et gaudium in longitudinem dierum. Timenti Dominum<sup>o</sup> bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur.*<sup>315</sup> »<sup>316</sup>

2. De his autem qui inoboedientes sunt episcopis suis, scriptum est : *Væ dissolutis corde, qui non credunt<sup>o</sup> Deo, et resistunt mandatis<sup>ggggg</sup> ejus, et inoboedientes ac contumaces sunt his qui ejus legatione funguntur,<sup>317</sup> et ideo non protegentur ab eo ! Væ his qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas ! Et quid facient, cum inspicere coeperit Dominus ?*<sup>318 319</sup>

3. Item de oboedientibus erga episcopos suos ait sapientia : *Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbo illius, et qui diligunt illum conservabunt viam illius. Qui timent Dominum inquirent quæ bene placita sunt illi, et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum preparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes<sup>o</sup> : « Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei<sup>o</sup> et non in manus hominum. » Secundum enim magnitudinem illius, sic et misericordia ejus cum ipso est.*<sup>320 321</sup>

---

<sup>315</sup> Eccli. 1, 12-13.

<sup>316</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLII : D. delectabitur (*sed delectabit cor P*) et ; Timenti Domino (*sed Dominum D, P*) b.

<sup>317</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

<sup>318</sup> Eccli. 2, 15-17 : i. coeperit Dominus.

<sup>319</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLII : non crediderunt (*sed credunt B, D*) D.

<sup>320</sup> Eccli. 2, 18-23 : sunt ei ; manus Domini ; misericordia illius.

<sup>321</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLII : Dicentis (*sed Dicentes B*) si ; manus Domini (*sed Dei B, P*) et.

4. Item de oboedientibus ait propheta : *Venite, filii, audite me ! Timorem Domini docebo vos.*<sup>322 323</sup>

5. Item beatus Petrus oboedientibus dicebat : « *Currite, filii mei, dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant !*<sup>324</sup> *Omnis qui vult vitam et cupit videre dies bonos prohibeat linguam suam<sup>□</sup> a malo, et labia sua<sup>□</sup> ne loquantur dolum ! Devertat<sup>□</sup> a malo et faciat bonum, inquirat pacem et sequatur eam ! Quia oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.*<sup>325</sup> *Propterea nolite fieri sicut equus et mulus. in quibus non est intellectus,*<sup>326</sup> *sed lætamini in Domino, et exultate justi, et gloriamini omnes recti corde !*<sup>327</sup> *Quia multi venient<sup>□</sup>, dicente Domino, ab oriente et occidente, a septentrione ac meridie, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob.*<sup>328</sup> »<sup>329</sup>

6. Item beatus Petrus dicebat : « *Deprecamur episcopos<sup>□</sup> ut attentius doceant sanctæ predicationis ordinem et absolutionum<sup>□</sup> dies, ut salventur animæ hominum, et<sup>hhhhh</sup> ut magna<sup>□</sup> Dei virtute agnoscant quid<sup>□</sup> debeant diligere, quid devitare. Operum ratio potestati et arbitrio uniuscujusque permittitur a Domino<sup>□</sup>, sed desiderium habere erga doctorem<sup>□</sup> veritatis, hoc proprie ab ipso domino cælesti Patre donatur<sup>□</sup>. Salus in eo est ut voluntatem ejus cujus amorem et desiderium Deo largiente conceperint omnes faciant<sup>□</sup>, ne dicatur illis ille sermo Domini dicentis : *Quid autem dicitis me : « Domine, Domine ! », et non facitis quæ dico ?*<sup>330</sup> »<sup>331</sup>*

---

<sup>322</sup> Ps. 33, 12.

<sup>323</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XLII.

<sup>324</sup> Joh. 12, 35 : *Ambulate, dum ; Quis est homo qui ; diligit videre ; prohibe linguam tuam ; labia tua ; Diverte a ; fac bonum, inquire pacem et persequere eam.*

<sup>325</sup> Ps. 33, 13-17.

<sup>326</sup> Ps. 31, 9.

<sup>327</sup> Ps. 31, 11.

<sup>328</sup> Matth. 8, 11.

<sup>329</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XLII : *linguam ejus (sed suam B) a ; labia ejus (sed sua B, P) ne ; Divertet a ; multi inveniunt (sed venient P) d.*

<sup>330</sup> Luc. 6, 46 : *vocatis me.*

<sup>331</sup> Ps. ISID., *Clementis prima* XLIII : *Propter quod deprecor te (...) ut attentius doceas hunc p. ; et absolutionis (sed absolutionum B, P) d. ; hominum, quæ occulta D. ; agnoscant quem debeant diligere, priusquam doceatur (sed doceantur B) ; permittitur, et hoc ipsorum est proprium, vero d. ; erga doctores v. ; Patre donatum est ; largiente conceperis facias, ne dicatur ad nos ille sermo ejus quem dixit.*

7. Est ergo proprii muneris a Deo ut episcoporum unusquisque sit prout dominus noster dederit, perfectus<sup>¶</sup> in ecclesia mittensque semina divina, ut de nobis, qui episcopatus locum tenemus, non predictus sermo, sed ille dicatur quem alibi dixit dominus noster : *Ideo, inquit<sup>¶</sup>, omnis scriba doctus in regno cælorum (hoc est episcopi in sancta Ecclesia) similis est homini<sup>¶</sup> patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.*<sup>332</sup> Nullus autem impediatur ordinem episcopatus, aut locum regiminis occupet irrationabiliter, neque temporum permutet<sup>¶</sup> vices, sed primo quæ sit justitia Dei ejusque voluntas omnes nos pastorem locum tenentes specialius requiramus, et clericis ac laicis de nobismet ipsis sanctitatis exempla prebeamus, ut bonis operibus ac Dei gratia repleamur, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>333</sup>

---

<sup>332</sup> Matth. 13, 52.

<sup>333</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLIII : d., perfectos (*sed* perfectus B, P) in ; Ideo omnis (*sed* inquit, omnis P) ; est hominis (*sed* homini B, P) p. ; temporum mittat voces (*sed* permittat vices B), s.

**SERMO IN CONCILIO AD EDIFICATIONEM SANCTÆ ECCLESIAE.**

**[[XXXI**

1. Scribit beatus Clemens papa quia beatus Petrus Ecclesiam sic docebat dicens :  
 « Deus his qui recte sentiunt et bona agunt presto est semper, quoniam his manifestat se ipsum<sup>□</sup>.  
 Nam si quis velit, antequam actus suos emendet, de his requirere quæ non potest invenire, stulta et  
 inefficax erit hujusmodi inquisitio. Tempus autem breve est, et iudicium Dei gestorum causa agitur,  
 non questionum. Ideoque nos in primis, qui episcopalem ordinem et locum regiminis  
 tenemus, ante omnia hoc quæramus quid nos aut qualiter pro salute ovium Christi agere  
 oporteat<sup>□</sup>, ut nos et populus Dei quem Christus suo sanguine redemit æternam vitam  
 consequi mereamur. Nam si exiguum hoc vitæ tempus per inanes occupaverimus<sup>□</sup> et inutiles  
 questiones, inanes sine dubio et vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, ubi iudicium nostrorum  
 operum fiet. Unaquæque autem res tempus suum habet et locum. Operum hic locus et hoc tempus  
 est ; meritorum vero sæculum futurum. *Curratur* igitur a nobis et ab omni populo per *viam*  
*mandatorum Dei*<sup>□</sup>,<sup>334</sup> et a divinatorum preceptorum institutis et Spiritus Sancti doctrina, non  
 recedatur. ‘Quapropter omni populo Dei preparanda sunt corda sua<sup>□</sup> ac corpora, sanctorum  
 mandatorum Dei, suorumque episcoporum ac predicatorum<sup>□</sup>, oboedientiæ militatura, ut suæ gratiæ  
 jubeat vobis<sup>□</sup> auxilium ministrare, et fugientes Gehennæ poenam ad vitam valeant omnes pervenire  
 æternam.’<sup>335</sup> »<sup>336</sup>

2. Scripsit<sup>iiii</sup> autem beatus Clemens beato Jacobo apostolo, quem appellavit  
 ‘episcopum episcoporum regentem Hebreorum sanctam Ecclesiam Hierosolimis’,  
 dicens : Hæc sancta precepta et aliud multa quæ tibi, domine karissime Jacobe, scripsi, ab

<sup>334</sup> Ps. 118, 32.

<sup>335</sup> BENED., *Reg. proli.*, 40-42 (p. 422).

<sup>336</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLIII : his manifestatur se ipsam (*sed* manifestat se ipsum *P*) ; agere oportet, ut ; inanes occupemus et ; mandatorum Domini, et a eorum p. ; corda nostra ac corpora, et sanctæ mandatorum ejus, s. ; ac predictorum, o. ; jubeat nobis a.

ipsius<sup>□</sup> sancti Petri ore percepit<sup>□</sup>, et omnibus, ut ille jussit, insinuare studui quæ servari omnia immaculata precepimus, quia ecclesiastica non oportet neglegenter, sed diligenter explere negotia.<sup>337</sup>

3. Præcepta sanctorum canonum<sup>□</sup> nemo credat absque sui periculo neglegere vel dissimulare, quia iudicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit qui ecclesiastica decreta neglexerit. Qui vero preceptis episcoporum tamquam ministrorum<sup>□</sup> Christi Jesu audierit, gloriam accipiet. Qui vero episcopos non audierit, immo loquentem Dominum per episcopos, ipse sibi damnationem accipiet<sup>†</sup>. ‘Currendum ergo et attendendum est nobis omnibus quod in perpetuum nobis expedit,<sup>338</sup> ut Christi passionibus per patientiam participemur<sup>□</sup>, atque regni ejus mereamur esse consortes, per eundem Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>339</sup>

---

<sup>337</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLIII : a jubentis sancti ; ore accepi, tibi que ut obstabas, insinuare studui ut servare omnia immaculata precipias, q.

<sup>338</sup> BENED., *Reg. prol.*, 44 (p. 422).

<sup>339</sup> PS. ISID., *Clementis prima* XLIV : Præcepta hæc ergo n. ; vero te ut miserat minister C. ; accipiet. Currendum (*sed* Qui autem te non [...] per te ipse [...] accipiet. Currendum B, P) ; patientiam participemus (*sed* participemur D), a.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS, AD INSTRUCTIONEM  
CLERICORUM DE SACRAMENTIS SANCTÆ ECCLESIAE, ET DE OBSERVANTIA  
CASTITATIS MINISTRORUM DOMINI.**

[fol. 123]

*DICTA beati Clementis, Romanæ ecclesiæ presulis, ad ordinem clericorum, de  
sacramentis quæ geruntur in sanctis.*

[XXXII]

1. Quoniam sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum patre, qui claves regni cælestis accepit, æqualiter<sup>o</sup> omnes tenere debemus de sacramentis quæ geruntur in sanctis, omnes sacerdotes<sup>o</sup> ex ordine nos decet instruere. Tribus gradibus clericorum commissa sunt ab episcopis secretorum divinatorum sacramenta. Id est presbitero, diacono, et subdiacono<sup>o</sup>. Isti enim cum timore et tremore subjectorum sibi clericorum reliquias fragmentorum corporis dominici debent custodire, ne qua putredo in sacrario, hoc est<sup>iiii</sup> in ipsis fragmentis corporis dominici, inveniatur. Et si negligenter agendo portioni<sup>o</sup> corporis et sanguinis domini<sup>o</sup> nostri Jesu Christi, presbiter minora non curat admonere officia, gravi anathemate ab episcopo suo percussus, digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altari olochausta offerantur, quæ<sup>o</sup> populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastina<sup>o</sup> non reserventur, nisi propter viaticum eorum qui morituri sunt, ne quis christianus sine communione<sup>kkkk</sup> sancta moriatur, sive propter virtutem custodis<sup>llll</sup> Ecclesiæ, ne virtutes adversæ nocere valeant loco illi et habitatoribus ejus, nec incendio nec fulgure nec aliis periculis, causa virtutis singularis corporis Domini. Ubi autem reservatur, digna veneratio sit in eo loco, tamquam in presentia propria corporali illius qui Deus angelorum et hominum est, *cælestium terrestrium et*

*infernorum rex.*<sup>340</sup> Quæ autem non reservantur de fragmentis dominici corporis reliquiæ, cum timore et tremore et diligentia a clericis<sup>□</sup> consumantur. Qui autem residua corporis Domini quæ in sacrario relictæ sunt consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant, ne putent sanctæ portioni commiscere<sup>□</sup> cibum qui per aqualiculos digestus<sup>□</sup> in secessum funditur. Si igitur mane dominica portio editur, usque ad sextam jejurent ministri qui eam consumpserint. Et si tertia vel quarta hora acceperint, jejurent usque ad vesperum.<sup>341</sup>

2. Beatus Clemens auctoritate beati Petri nos docet non opus vel necesse esse illis jejunare post communionem qui parvam portionem accipiunt corporis dominici, nisi illis qui, postquam communicaverint, multa fragmenta quæ remanent in altari post missam consumunt, ne forte in negligentia remaneant.

3. Item docet nos quia et mane et hora tertia et quarta celebrari potest missa ubi populus communicet.

4. Item adjungit beatus Clemens et dicit : « Sic, inquit, secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta ; de vasis sane sacris, ita gerendum est. Altaris palla, cathedra, candelabrum, et velum si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur. Quoniam non licet ea quæ in sanctuario fuerint male tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pavementorum jactentur<sup>mmmmmm</sup>, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla altar<sup>is</sup> mortuum credat obvolvendum, aut diaconus scapulas operire velit<sup>□</sup> palla quæ fuit in altare<sup>□</sup>, aut certe quæ data est in mensam Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter quasi nichil et neglegenter habuerit<sup>□</sup> ministerio, diaconus triennio sexque mensibus suspensus a dominico<sup>□</sup> sit altari, gravi percussus<sup>nnnnn</sup> anathemate ab episcopo suo. Quod si clericum presbiter non admonuerit, decem annis et quinque mensibus

---

<sup>340</sup> Phil. 2, 10.

<sup>341</sup> Ps. ISID., *Clementis secunda* XLV : a., qualiter (*sed æqualiter B, D*) tenere ; s. te ex ; est presbiter, diaconus et minister (*sed presbitero, diacono et subdiacono B, D, P*) ; agendo portionem (*sed portioni B, P*) c. ; domini gravis inferatur injuria, communio enim corporis domini n. ; offerantur, quanta p. ; in crastino (*sed crastina B*) n. ; diligentia clericorum c. ; p. commisceri (*sed commiscere B, D, P*) cibum ; per qualiculos degestus (*sed aqualiculos digestus B, D, P*) in.



excommunicetur ab episcopo suo<sup>□</sup>, propter quod de dominicis sacramentis subjectiora sibi non admonuerit ministeria, et postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiae.<sup>342</sup>

5. Pallas vero et vela quæ in sanctuarii sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sacrarium<sup>□□□□□□</sup> abluant. Similiter et velamina, id est corporale<sup>□□□□□□</sup>, dominicæ mensæ, ne forte pulvis dominici corporis male decedat de<sup>□</sup> sindone, non foris abluant, quia erit hæc operanti in peccatum. Idcirco intra sacrarium ministris precipimus hæc cum diligentia custodire. Sane pelvis nova<sup>□□□□□</sup> comparetur, et præter hoc<sup>□</sup> nichil aliud tangat. Sed non ipsa pelvis velis apponatur lavandis quæ ad dominici altaris cultum pertinet<sup>□</sup>. Pallæ in alia pelve laventur, et in alia vela januarum. Etiam cura sit hostiariis ex admonitione majoris<sup>□</sup>, ne quis negligens aut ignarus ad velum januæ domus Domini manus incognite<sup>□</sup> tergat, sed statim coercitus discat omnis homo quia velum atrii domus Domini sacratum<sup>□</sup> est.<sup>343</sup>

6. Præcipimus etiam ne extero ecclesie sive laico indigno corpus<sup>□</sup> Domini tribuatur. Non enim passim sanctus panis debetur impendi, nisi tantum dignis christianis, et qui a mulieribus mundi sunt ; hoc et David, qui alias sanctus et electus a Spiritu Sancto erat, cum esuriens panes sibi ad comedendum posceret, a sacerdote Abimelech interrogatus est si mundus esset a muliere. Et cum se mundum a muliere ante triduum profiteretur, panes propositionis manducavit.<sup>344</sup>

7. Ad dominica ministeria<sup>□</sup>, si potest fieri, tales eligendi sunt qui conjugium nescierint. Quod si tales minus possunt inveniri, tales eligantur qui ante ordinationem conjuges tantum suas noverint. Quod si post ordinationem ministro contigerit proprium invadere cubile uxoris, amplius non intret sacrarii limina, nec sacrificii portitor<sup>□</sup> fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus

<sup>342</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLV : operire velo (*sed velit B, D, P*) q. ; in altari (*sed altare B*), aut ; habuerit divina ministerio (*sed habuerit ministerio B, D*) ; dominico alienus erit (*sed dominico erit S*) a. ; mensibus excommunicatus sit, p.

<sup>343</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLV : intra sacrarii v. ; male decedat s. ; præter hæc (*sed hoc B*) n. ; cultum pertinent. Pallea (*sed Pallæ P*) in ; admonitione majorum (*sed majoris P*), ne ; manus incondite (*sed incognite B, D, P*) t. ; Domini est (*sed sanctum est B, D, P*).

<sup>344</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLV : laico de fragmentis oblationum Domini ponatur ad mensam, unde scis tu qui passim sacrarii panes impendis indignis, unde nosti a.

olochausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis portionem<sup>mmr</sup> accedat tamquam alius de ministris dignis. Aquam tantum sacerdotum porrigat manibus, hostia forinsecus claudat, minora gerat officia, urceum sane ad altare suggerat.<sup>345</sup>

8. Clericus solus ad feminæ tabernaculum non accedat, nec properet sine majoris natu principis jussione. Nec sacerdos<sup>o</sup> solus cum sola femina fabulas misceat, nec archidiaconus aut diaconus sub pretexto humilitatis officii frequentet domicilia matronarum, neque forte per clericos aut domesticos ejus matronæ mandent illis secretim aliquid. Si cognitum fuerit, et ille ab episcopo deponatur, et illa a liminibus arceatur Ecclesiae. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est ad quam debeat ire, pro<sup>o</sup> interventu ipse pergat. Sin autem, de latere suo dirigat cum duobus aut tribus qui hoc debeat sanare. Sane ad visitandam mulierem infirmam, nullus clericus ingrediatur nisi cum duobus aut tribus. Nemo autem clericus cum aliqua<sup>o</sup> femina habitet, nisi soror aut proxima fuerit, et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias<sup>o</sup> Satanæ.<sup>346</sup>

9. Talesque ad ministerium eligantur clerici qui sciant et possint digne dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti<sup>o</sup> paucos habere ministros qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles qui onus grave ordinatori adducant.<sup>347</sup>

10. Si forte quispiam presbiter sive diaconus sacrarii sindonem vel velum subtractum vendiderit, Judæ similis est Scariothi. Qui propter cupiditatem fecerit hoc peccatum, noverit se supradicti Judæ suscepturum maledictionem.

11. Universa hæc ecclesiastica ministeria cum mansuetudine complenda sunt. Negotium Dei non decet neglegenter expleri. Iterum atque iterum, de fragmentis dominici corporis demandamus.<sup>348</sup>

12. Sollicite intuendum ut<sup>o</sup> non murium stercora inter fragmenta dominici corporis<sup>o</sup> appareant, neque putrida aut vetusta per neglegentiam cleri-[fol. 123v]-corum remaneant, et

<sup>345</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVI : dominica mysteria (*sed* ministeria *B, D, S*) ; sacrificii portio (*sed* portitor *B, D, S*) f.

<sup>346</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVI : Nec presbiter s. ; i., pio (*sed* pro *S*) interventu ; cum extranea f. ; ignoramus malitiæ (*sed* malitias *B, D, P, S*) S.

<sup>347</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVII : Domini sacerdotes (*sed* sacerdoti *B, D, S*) p.

<sup>348</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVI.

fideles<sup>□</sup> qui accipere sibi medicinam desiderant magis cum ridiculo et fastidio videantur accipere, et in majus<sup>□</sup> peccatum decident per negligentiam clericorum.<sup>349</sup>

13. Calicem vero ad perferendum<sup>□</sup> sanguinem Domini preparatum cum tota ministerii munditia minister preparet, ne non bene lotus calix a diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honestate<sup>sssss</sup>, cuncta quæ super exposuimus oportet impleri. »<sup>350</sup>

14. Calix et patena de nulla alia materia debet fieri ad usum altaris, nisi aut de auro, vel de argento, vel de stagno. Aqua in calice semper post Evangelium a diacono cum vino misceatur, quia in Trinitatis misterio tria offeruntur Deo : panis, et vinum, et aqua. Nullus ministret cum calice fracto nec cum sindone aliquid rupta, quia purum et lineum, et unius albi coloris, et sine scissura vel foramine esse debet illud sanctum linteum ubi corpus et sanguis Domini involvuntur. Quapropter nemo clericorum ultra hæc dissimulet, aut negligere ullatenus audeat, sed libenter quæ jussa sunt expleat, et sacramenta<sup>□</sup> divina nequaquam negligenter contrectet, quia tota salus nostra corporum et animarum consistit in sacramentis divinis, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>351</sup>

---

<sup>349</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVII : (...) bene intuenti non ; fragmenta dominicæ portionis a. ; et convenientes q. ; in magis p.

<sup>350</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVI : ad proferendum (*sed* perferendum *S*) s.

<sup>351</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVIII : et sacrata (*sed* sacramenta *B, D, P, S*) d.

**INCIPIIT ORDO LEMOVICENSIVM DE DILIGENTIA CORPORIS DOMINI, SIVE DE  
SINODO BIS IN ANNO AB EPISCOPO CELEBRANDO, CUM PRESBITERIS ET  
RELIQUIS CLERICIS.**<sup>352</sup>

**[[XXXIII**

1. Consuetudo apud Lemovicensis est, propter supradictam auctoritatem beati Clementis papæ, de diligentia corporis Domini, ut non solum per monasteria sed etiam per omnes ecclesias diocesis primatis Lemovici, ne vetustate inveniatur aliqua putredo in fragmentis corporis dominici, renovetur corpus dominicum per duodecim terminos in anno. Et vetus quod mutatur, non nisi a mundis clericis sumatur. Et secundum quod necesse videtur sacerdoti propter infirmos, vel una aut duæ aut tres coronæ vel hostiæ reserventur, non multæ, ne multitudo reservata neglegentius a clericis sumatur. Ad custodiam enim loci contra pericula spiritualium nequitiarum una sufficit corona, et hostia<sup>tttt</sup>. In loco tali solum corpus Domini reservetur, ubi omnes adorent, et veneratio sit illi ab omnibus, et ne per ignorantiam alius estimet non consecratas esse oblationes et offensio exinde proveniat, sub clave diligenter servetur. Quæ clavis a diligentiori et timorato clerico non neglegenter servetur, vel ab ipso sacerdote ecclesiæ. Et observet sacerdos ut in ipsa ecclesia ubi corpus Domini reservatur, non pretermittantur horæ diurnæ et nocturnæ psalmorum cotidie.

2. Sunt autem hi duodecim<sup>uuuuu</sup> termini per annum in quibus sacramenta renovantur corporis dominici : Pascha et Pentecostes ; nativitas sancti Johannis Baptistæ<sup>353</sup> ; vincula sancti Petri<sup>354</sup> ; assumptio matris Domini<sup>355</sup> ; festivitas sancti Michaelis<sup>356</sup> ;

---

<sup>352</sup> = *Ordo cel. conc.* 28 (p. 581-585).

<sup>353</sup> 24 juin.

<sup>354</sup> 1<sup>er</sup> août.

<sup>355</sup> 15 août.

<sup>356</sup> 29 septembre.

sollempnitas Omnium sanctorum<sup>357</sup> ; passio sancti Andreae<sup>358</sup> ; Natalis Domini<sup>359</sup> ; Hyppopanti Domini<sup>360</sup> ; prima dominica quadragesimæ ; dominica mediæ quadragesimæ.

3. Sicut autem canones apostolorum jubent bis in anno concilium celebrari, ita ad concilium vel sinodum bis in anno ad Lemovicam omnes sacerdotes ipsius diocesis conveniunt, cum reliquis clericis. Ad singulas tamen ecclesias, unus sacerdos cum ministro qui eum adjuvet ad opus divinum remanet, propter necessitatem baptismi et propter viaticum, ne quis absque baptismo nec absque viatico moriatur, sive ne ecclesiæ vacuæ sint a divino officio. Nam si qua ecclesia ab episcopo excommunicata fuerit, tamen propter corpus Domini quod ibi reservatur, saltem clam divinum officium in ea debet jubere episcopus celebrare, hoc est nocturnas et diurnas horas psalmorum. Triduo autem celebratur ipsa sinodus : hoc est quarta et quinta et sexta feria in ebdomada Pentecoste ; item quarta et quinta et sexta feria post festivitatem omnium sanctorum.

4. Nullus laicorum interest in sinodo. Sed clausis omnibus hostiis ecclesiæ, sedent omnes sacerdotes et reliqui clerici per ecclesiam in timore Dei, induti linguaribus<sup>vvvv</sup> dalmaticis quod vocamus ‘alciupas’<sup>361</sup>. Et omnes jejuni expectant adventum episcopi.

---

<sup>357</sup> 1<sup>er</sup> novembre.

<sup>358</sup> 30 novembre.

<sup>359</sup> 25 décembre.

<sup>360</sup> 2 février.

<sup>361</sup> Absent des dictionnaires, des fichiers lexicographiques du *NGML*, et des bases de données textuelles, ce mot n’est pas d’identification facile, et même Herbert Schneider n’en parle pas dans son édition pourtant récente (cf. *Ordo cel. conc.* p. 582). S’il faut le rapprocher de l’arabe ‘al-gubba’, par l’ancien espagnol **aljuba**, **algupa**, **aliupa**, **aljupa** : ‘vestidura morisca, especie de gabán con mangas corats y estrechas’ (L. A. KASTEN, F. J. CODY, *Tentative Dictionary of Medieval Spanish (Spanish Series, 123)*, New York, 2001, p. 41), et **algupa** (X<sup>e</sup> siècle) : ‘aljuba o jubón’ (M. ALONSO, *Diccionario medieval español I*, Salamanca, 1986, p. 238), il nous manque sinon un intermédiaire, du moins une attestation en domaine français. Ce dernier semble connaître l’arabe ‘al-qobbah’, sous la forme **aucube**, **aucuble**, **aucupe**, **ancube** (= provençal **alcuba**), avec un sens différent : ‘litterie de tente, tente’ (*FEW I* p. 76 ; Godefroy s.v. ‘aucube’) ; d’après le *MLW*, ce mot apparaît aussi en latin médiéval dans un texte du début du IX<sup>e</sup> siècle (éd. T. Tobler, A. Molinier, *Itinera Hierosolymitana et descriptiones Terrae Sanctae bellis sacris anteriora I*, Genève, 1879, p. 305), mais dans un autre sens :

Et circa horam terciam, procedit<sup>wwwww</sup> ad eos episcopus indutus vestimentis sacris et cappa Romana, non tamen colobium, non planetam tunc induit. Virgam pastoralem habet in manu ; preedit eum archidiaconus<sup>xxxxx</sup> dalmatica indutus, tenens textum Evangelii, et acoliti cum candelabris hinc et inde, et alius cum thuribulo. Cum ad locum pervenerit ubi parata est ei cathedra ad sedendum, mittit episcopus thimiama in thuribulo, et incensat diaconus textum Evangelii quod jam posuerat in quadrato ornato quod ‘faltistodium’<sup>362</sup> dicimus. Post defert incensarium ad odorem episcopi et qui episcopo circumadstant. Deinde sedet episcopus, et omnes clerici post eum. Abbates et archidiaconi et archipresbiteri, et doctiores clerici, in circuitu episcopi sedent. Abbatem sancti Marcialis jubet episcopus juxta se consedere in alia cathedra. Omnes abbates ibi adstantes virgas pastorales tenent in manibus. Tunc innuente episcopo, dicit archidiaconus<sup>yyyyy</sup> : « Jube Domne benedicere ! », et dat ei episcopus benedictionem. Et legit archidiaconus<sup>zzzzz</sup> lectionem quæ oportuna est in sinodo ad ædificationem, sicut jussum fuerit ab episcopo, vel ab eo qui jubente episcopo facturus est omeliam : Hoc est sive de epistulis Petri, vel de omeliis Gregorii et Augustini et aliorum doctorum qui de ædificatione pastoralis ordinis disserunt. Post finem lectionis quæ ab episcopo, prout voluntas vel hora diei fuerit, terminari jubetur, facit episcopus sermonem, vel ipse qui ab episcopo jussus fuerit. Post finem sermonis, admonet episcopus de his quæ ad sacramenta altaris et ad clericorum ordinem et ad pastoralement curam pertinent, et de his quæ opus sunt.

---

‘Kuppel’ (MLW I col. 438). Pour le latin médiéval, ce dictionnaire propose également, d’après l’arabe ‘kuz’, le lemme **alcuza**, **alcutia** : ‘Krug mit engem Hals’ (MLW I col. 438), qui pourrait éventuellement renvoyer à la forme d’un vêtement. Reste l’occitan, qui ne semble attester aucun de ces mots, mais qui connaît **alcet**, **aucet** : ‘troussis, pli pour raccourcir un vêtement (*Dictionnaire occitan-français, dialecte du gévaudanais*, Millau, 1992, p. 24), et **aucet** : ‘troussis rempli’ (Louis ALIBERT, *Dictionnaire occitan-français selon les parlers languedociens*, Toulouse, 1966, p. 130) ; nous ne pouvons que regretter l’absence de cette section de l’alphabet dans le *DOM* en cours de rédaction.

<sup>362</sup> Cette forme et cette occurrence du mot sont présentées par le *MLW* sous le lemme **faldestolium**, **faldistorium** : ‘Faltstuhl, Pult’ (*MLW* IV col. 48).

5. Deinde interrogat omnes ut sive hæreses sive pravitates contra ordinem ecclesiasticum, si evenire sciunt vel ab aliis audierunt, in publicum proferant et consilium salubre accipiant, contra lupos rapaces et nuntios Antichristi. Deinde admonet ut si quis culpam gravem incidit de fragmentis dominici corporis, pænitentiam confessus accipiat, priusquam regrediatur ad sua. Deinde interrogat<sup>aaaaa</sup> de excommunicatione, si quis excommunicatus presumpsit celebrare missas, vel si excommunicatum ab episcopo vel clericum vel laicum suscepit in communione. Deinde omnibus denuntiat<sup>bbbbbb</sup> ut nullus clericorum regrediatur ad sua ante benedictionem quam tercio die dat eis episcopus, et ut nullus subtrahat se a sinodo. Interrogat<sup>cccccc</sup> etiam si omnes generaliter ad sinodum presentes sunt qui venire debuerunt, et si debitum episcopo reddiderunt quod appellant ‘sinodum’, vel ‘paratas’.<sup>363</sup> Interrogat<sup>dddddd</sup> etiam si quis questionem de sacris ordinibus habet, vel querelam alter contra alterum, ne ante pergat ad propria, quam ante episcopum proximo suo satisfaciat, ut omnes sacerdotes et clerici sine discordia sint.

6. Interrogat archidiaconus deinde si quis ex sacerdotibus de toto Lemovi-[fol. 124]-cino post alteram sinodum quæ peracta est obierit, et denuntiat omnibus ut ejus memoriam habeant omnes, et apud ipsam sedem pro eo memoriam agant, quia hoc fraternum est. Similiter denuntiat archidiaconus de canonicis sanctæ sedis, si defunctus quis fuerit post præteritam sinodum, et de monachis sacerdotibus sancti Martialis et aliorum monasteriorum diocesis Lemovicensis, ut in commune ab omnibus memoria eorum fiat.

7. In secundo autem et tercio die, quando plenior sinodus est, agitur<sup>eeeeee</sup> maxime sermo de fide sanctæ Trinitatis propter futuras hæreses ; item de sacris ordinibus, de sacris vestibus, de officio missæ, de varietate officiorum per annum, de vivifico sacrificio altaris, et quæcumque utilia sunt ordini ecclesiastico prout dominus dederit :

<sup>363</sup> cf. *Sermo de gratia* VIII 3.

De crismate, de baptismo... Per illos tres dies, antequam episcopus in sinodum procedat, duo majora signa sonant, quod ‘ad junctam’<sup>364</sup> vocant propter clericos in unum congregandos. Primo et secundo die, surgente primum episcopo, ita omnes abscedunt<sup>fffff</sup> a sinodo ad diversoria sua, sive ad hospitia. Tercio die post sermonem et alia de sacris canonibus quæ propter ædificationem dicta sunt, denuntiat edictum suum si aliquid consilio prudentium noviter observandum constituit. Tunc si fuerint aliqui violatores Ecclesiæ ubi corpus Domini fuerit, vel ubi non fuerit, excommunicat eos usque ad satisfactionem pænitiæ veniant.

8. Et post alia quæ opus sunt dici, circa horam nonam surgit<sup>ggggg</sup> episcopus prior, et positis genibus cum omni clero orat pro regibus et pro his qui in sublimitate sunt constituti, et pro pace et salute tocius Ecclesiæ, incipiens septem psalmos pænitiæ. Et dicit<sup>hhhhh</sup> orationes convenientes, et deinde orationes pro absolutione peccatorum. Et omnes, positis genibus, inclinati expectant<sup>iiiiii</sup>. Tunc erectis omnibus, incipit episcopus dare pacem, et omnes osculum pacis sibi invicem prebeant sicut ad missam, ut in pace Christi et concordia unanimi permaneant, et in pace redeant, et sit pax super omnes et super cunctum populum. Osculo pacis finito, dicit<sup>jjjjj</sup> archidiaconus excelsa voce : « Humiliate vos ad benedictionem ! » Et respondent omnes : « Deo gratias ! » Et dat episcopus benedictionem, et absoluta est synodus, preter illos quos forte propter aliquas querelas et causas prohibet episcopus regredi.

9. In ipso autem tercio die, aliquotiens legitur in sinodo lectio apostolorum Actuum in qua auctoritas synodi celebrandæ est cum uno episcopo et multis presbiteris, ubi *oratio positis genibus* in sinodo commendatur,<sup>365</sup> ubi dignitas presbiterum

---

<sup>364</sup> La définition proposée par DuC IV (p. 448) : « Juncta, conventus ad tractanda negotia », s’appuie sur une seule occurrence, celle d’un manuscrit de Saint-Martial de Limoges, d’après la transcription qu’en a donnée Claude ESTIENNOT de la Serre dans le tome 2 de ses *Fragments historiques* : « Antequam episcopus in synodum procedat, duo majora signa sonant, quod ad Junctam provocant, propter Clericos in unum congregandos » !

<sup>365</sup> Act. 20, 36.



manifestatur qua omnes generaliter vocantur<sup>kkkkkk</sup> *episcopi*,<sup>366</sup> ubi pacis osculum in absolutione concilii intimatur.

***INCIPIIT LECTIO Actuum Apostolorum IN SINODO RECITANDA.***

**[XXXIV]**

IN DIEBUS ILLIS *proposuerat Paulus apostolus transnavigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecosten faceret Hierosolimis. A Mileto autem mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum et simul essent, dixit eis : « Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate, et lacrimis et temptationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis judæorum ; quomodo nichil subtraxerim utilium, quominus adnuntiarem vobis et docerem vos publice et per domos, testificans judeis atque gentilibus in Deum pœnitentiam, et fidem in dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego in spiritu, vado in Hierosolimam, quæ in eo eventura sunt mihi ignorans ; nisi quod Spiritus Sanctus per omnes civitates protestatur michi dicens quoniam vincula et tribulationes me manent. Sed nichil horum vereor, neque facio animam meam preciosiorem quam me. Dummodo consumem cursum meum, et ministerium quod accepi a domino Jesu : testificari Evangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi predicans regnum Dei. Quapropter contestor vos hodierna die quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus adnuntiarem omne consilium Dei vobis. Adtendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo ! Ego scio quoniam intrabunt post discessionem*

---

<sup>366</sup> *cf.* Act. 20, 28 .

*meam lupi rapaces in vos, et non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exsurgent<sup>lxxxx</sup> viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per triennium nocte et die non cessavi cum lacrimis, monens unumquemque vestrum ! Et nunc commendo vos Deo et verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare et dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. Argentum aut aurum, aut vestem nullius concupivi. Ipsi scitis quoniam ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istę. Omnia ostendi vobis : quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi domini Jesu, quoniam ipse dixit : Beatius est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positus genibus suis cum omnibus illis oravit. Magnus autem fletus factus est omnium, et procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri, et deducebant eum ad navim.<sup>367</sup>*

---

<sup>367</sup> Act. 20, 16-38 : Proposuerat enim ; eventura sint ; lupi graves ; quo dixerat.

**SERMO IN CONCILIO AD AEDIFICATIONEM ECCLESIAE, ET DE PÆNITENTIA, EX  
DICTIS BEATI CLEMENTIS PAPÆ.**

*Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem Ecclesiæ, et de pænitentia.*

**[[XXXV**

1. Tam juvenes quam senes de ecclesiastica regula<sup>¶</sup> et de omni conversatione sua, ac conversione et pænitentia valde esse sollicitos, satisque agere ut hæc condigne agant admonemus, et ut de reliquo ornet tam clerici quam sæculares animas suas ornamentis dignissimis : dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitia, splendore justitia, candore pietatis, aliisque omnibus quibus comptam<sup>¶</sup> decet esse rationabilem mentem ; tum preterea declinare a consortiis inhonestis et infidelibus, et societates habere fidelium ; atque illos frequentare conventus in quibus de pudicitia, de justitia, de pietate tractatur ; orare semper Deum ex toto corde, et ab ipso quæ docet<sup>¶</sup> petere ; ipsi gratias agere ; veram pænitudinem gerere preteritorum gestorum ; aliquantulum etiam, si possibile est, per misericordias pauperum juvare pænitentiam. Per hæc enim facilior venia datur<sup>¶</sup>, et indulgentia citius indulgetur.<sup>368</sup>

2. Quod si provectoris ætatis sit is qui ad pænitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod postquam fractus est omnis impetus concupiscentia carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis per quam insurgentes adversus animam reprimat corporis voluptates. Superest ergo ei in agnitione veritatis et misericordia operibus exerceri ut afferat *fructus dignos pænitentia*.<sup>369</sup> Nec putet quia in temporis longitudine documentum conversionis ostendatur<sup>¶</sup>, et non in devotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifeste sunt mentes, qui non temporum rationem colligit sed animorum. Ipse enim probat, si quis<sup>mmmmmm</sup> agnita veritatis predicatione non distulit, neque tempus negligendo consumpsit. Sed statim et, si dici potest, eodem momento, preterita

<sup>368</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVIII : de his et ; quibus compositam (*sed* comptam B, D, S) d. ; quæ decet p. ; venia dabitur, et indulgenti citius indulgebatur.

<sup>369</sup> Luc. 3, 8.

perhorrescens, futurorum desiderium cepit<sup>nnnnnn</sup>, et in amore regni cælestis exarsit. Propter quod nemo clericorum et laicorum<sup>□</sup> ultra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad Evangelium regni Dei libenter accedat.<sup>370</sup>

3. Non dicat pauper quia : « Cum dives factus fuero, tunc convertar. » Non requirit a paupere<sup>□</sup> Deus pecuniam, sed animum misericordem et piam mentem. Neque dives conversionem suam differat pro sollicitudine sæculari, dum cogitat quomodo dispenset abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum : « Quid faciam, ubi recondam fructus meos ? »<sup>371</sup> Neque dicat animæ suæ : « Habes multa bona reposita in annos multos, epulare et lætare ! »<sup>372</sup> Nam dicitur<sup>□</sup> [fol. 124v] ei : « Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, et quæ parasti cujus erunt ? »<sup>373</sup> Itaque festinet ad pænitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisque conditio, ut omnes vitam consequantur<sup>□</sup> æternam. Juvenes quidem in eo grati sint quod in ipso impetu desideriorum, cervices suas jugo subiciunt disciplinæ. Senes et ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem in qua male perventi<sup>□</sup> sunt pro Dei amore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim causa cunctandi est ad bene agendum ? ‘Animus male sibi conscius, dum videtur sibi nullam poenam pati, credit quia non iudicet Deus. Cum abutitur<sup>□</sup> patientia Dei et non intelligit<sup>□</sup> parentis benignitatem, jam fit<sup>□</sup> magna damnatio.’<sup>374</sup> Unde scriptum est : *Maledictus omnis qui facit<sup>□</sup> negligenter opus Dei !*<sup>375 376</sup>

4. Ipse Deus Deus noster est, cujus regnum, honor et imperium est in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>370</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLVIII : conversionis ostenditur, et ; nemo vestrum u.

<sup>371</sup> Luc. 12, 17 : quia non habeo quo r.

<sup>372</sup> Luc. 12, 19 : requiesce, comede, bube et epulare.

<sup>373</sup> Luc. 12, 20.

<sup>374</sup> PROSP., *Sent.* 138 (p. 288).

<sup>375</sup> Jer. 48, 10 : omnis *om.* ; fraudulenter o. Domini ; *sic* VL.

<sup>376</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLIX : a te D. ; Nam dicitur ei ; vitam consequatur (*sed* consequantur S) æ. ; male preventi s. ; Cum abuti (*sed* abutitur D, S) p. ; non intelligere p. ; jam sit (*sed* fit D, S) m. ; qui agit negligenter opus Domini.

**SERMO IN CONCILIO AD INSTRUCTIONEM PASTORALIS ORDINIS, EX DICTIS  
BEATI CLEMENTIS.**

***Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem pastoralis regiminis.***

**[[XXXVI**

1. Ante omnia, dilectissimi, pastoralis ordinis est infatigabiliter revocare et predicare quicquid ad correctionem populorum, immo magis filiorum spiritualium, quantum est fas intelligere, cognoverit pertinere. Et non quod absit cum suo periculo, alienæ spei per solam negligentiam facere detrimentum, sed quod ad generalis salutis expectat<sup>¶</sup> compendium, salubri necesse est providere tractatum<sup>¶</sup>.<sup>377</sup>

2. Homini autem religioso, parum esse debet inimicitias aliorum non exercere vel augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri bucina ad aures Ecclesiæ<sup>¶</sup> personamus. Neque se deinceps excuset<sup>¶</sup> non monitum, qui quicquid sequi debeat tam verbis quam litteris edocetur.<sup>378</sup>

3. De his autem qui insurgunt contra episcopos, qualis condempnatio et maledictio imminet eis qui in patres peccant, divina nos docet scriptura. Si enim Cham, filius Noe, cum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalem nuditatem, sed egressus nuntiavit eam fratribus, et illi vestimento eam cooperuerunt, ipse<sup>ooooo</sup> quidem<sup>¶</sup> Cham et illi qui ex eo nati sunt sub maledictione facti sunt. Qui autem cooperuerunt magnam benedictionem meruerunt. Multo magis isti majore et ampliore condempnatione digni sunt qui episcopis vel patribus obviare aut contra eos insurgere nituntur, aut injuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur. Quoniam qui episcopis<sup>¶</sup> resistit, Deo resistit. Et qui eis injuriam vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur, facit.<sup>379 380</sup>

<sup>377</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* XLIX : salutis spectat (*sed* expectat *B, D, P, S*) c. ; providere tractatu.

<sup>378</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* L : aures omnium p. ; deinceps excusabit n.

<sup>379</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

cf. etiam *infra* Sermo in conc. II LIII 1, LX 3 et LXX 4.

<sup>380</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* LI : quidem et Cham (*sed* quidem Cham *B, D, P, S*) ; qui his r.

4. De talibus inoboedientibus contra episcopos ait propheta : *Expavit cælum super hoc, et horruit amplius vehementer, dicens*<sup>381</sup> *Dominus* :<sup>381</sup> *O intolerabilem malignitatem, o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, et mentem in altitudinem*<sup>pppppp</sup> *cornu extollentem* !<sup>382 383</sup>
5. Et iterum de his qui rebelles sunt contra episcopos, ait propheta : *Impone, homo, linguæ tuæ hostium et seram* !<sup>384</sup> *Cessa cornu in altitudinem extollens, et loquens iniquitatem adversus Deum et proximum suum* !<sup>385</sup> *Quousque insultas patienti Christo et fratribus* ?<sup>386</sup>
6. Hæc et multa alia familiarius nos docebat, et hæc publice<sup>□</sup> nobis magister et instructor atque predicator<sup>□</sup> noster, princeps apostolorum Petrus, in ecclesia predicabat, preceptum et *exemplum* salutis nobis prebens<sup>□</sup>, *ut et nos similiter faciamus sicut sancti patres nostri fecerunt.*<sup>387</sup> Item valde condempnabat presumptionem illorum qui episcopis suis vel fratribus suis detrahunt, et qui eos judicare presumunt ; et dicebat eis<sup>□</sup> : *Humiliamini in conspectu Dei, et exaltabit vos ! Nolite detrahere alterutrum, quoniam qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi et judicat legem. Qui autem judicat legem, non est factor legis sed judex. Unus est enim legislator et judex, qui potest perdere et liberare. Tu autem, quis<sup>□</sup> es qui judicas proximum* ?<sup>388</sup> Non oportet, precepit, nos judicare in invicem,<sup>389</sup> sed magis auxilium ferre. Væ erit, inquit, his qui fratres tribulant, et eis qui eos persequuntur.<sup>390</sup>
7. Qui enim unicuique pro meritis suis retributor est, *justus judex Deus est,*<sup>391</sup> cui gloria et honor est in æternum et in sæcula sæculorum. Amen.

---

<sup>381</sup> Hier. 2, 12 (VL) : v. dicit d.

*cf. etiam* Job 37, 1 : super hoc expavit cor meum, et emotum est de loco suo.

<sup>382</sup> Ps. 74, 6 (VL).

<sup>383</sup> Ps. ISID., *Clementis secunda* LI : v., dicit Dominus.

<sup>384</sup> Eccli. 28, 28 (VL).

<sup>385</sup> Ps. 74, 6 (VL).

<sup>386</sup> Ps. ISID., *Clementis secunda* LI.

<sup>387</sup> *cf.* Joh. 13, 15 : exemplum enim dedi vobis ut, quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.

<sup>388</sup> Jac. 4, 10-13 : conspectu Domini ; Si autem judicas legem, non es f.

<sup>389</sup> *cf.* Rom. 14, 13 : Non ergo amplius invicem judicemus.

<sup>390</sup> Ps. ISID., *Clementis secunda* LII : hæc publiciter n. ; atque ordinator n. ; exemplum dans, ut ; Humiliamini, inquit, in conspectu Domini, et ; a., qui (*sed quis B, D, S*) es.

<sup>391</sup> Ps. 7, 12.

SERMO IN CONCILIO AD AEDIFICATIONEM EPISCOPORUM ET SANCTÆ  
ECCLESIAE, EX DICTIS BEATI PETRI.

*Dicta beati Petri apostoli ad instructionem episcoporum et sanctæ  
ecclesiæ, sicut scripsit beatus Clemens papa, discipulus ejusdem<sup>qqqqqq</sup> beati  
Petri.*

[[XXXVII

1. Quanto amplius episcopi a sæcularibus tribulantur<sup>□</sup>, tanto purgatiores atque<sup>mmmm</sup> beatiores efficientur<sup>□</sup>, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit subportata. Quod etiam ipse nos Dominus docuit dicens : *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam*!<sup>392</sup> Et item : *Beati eritis, cum vos oderint homines et persecuti vos fuerint, et ejecerint nomen vestrum tamquam malum. Gaudete in illa die et exultate, quoniam merces vestra multa est in cælo*!<sup>393</sup> Item ipse ait : *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis,*<sup>394</sup> et *proximum tuum sicut te ipsum.*<sup>395</sup> Non autem diligit recte Deum, qui fratrem insequitur. Nec diligit proximum, qui ei detrahit, vel qui illum accusat. Quia quod sibi quis fieri non vult, hæc alteri nullatenus facere debet. Discant autem<sup>□</sup> filii nostri ipsi episcopi sapientiam, et teneant totam fidem rectam, et amplectantur<sup>□</sup> caritatem, ut non excidant<sup>□</sup>.<sup>396</sup> *Data est enim eis<sup>□</sup> a Domino potestas, et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera eorum<sup>□</sup>, et cogitationes scrutabitur.*<sup>397</sup> *Qui autem custodierint justitiam, juste judicabuntur, et qui crediderint justa, invenient quid respondeant.*<sup>398</sup> Semper caveant<sup>□</sup> ne aliquando peccato consentiant, et prætermittant precepta Dei nostri.<sup>399</sup>

<sup>392</sup> Matth. 5, 10.

<sup>393</sup> Luc. 6, 22-23 : h. et cum separaverint et exprobraverint ; ecce enim merces.

<sup>394</sup> Marc. 12, 30 : ex tota mente tua et ex tota virtute tua.

<sup>395</sup> Marc. 12, 31 : tamquam te.

<sup>396</sup> cf. Sap. 6, 10 : ut discatis sapientiam et non excidatis.

<sup>397</sup> Sap. 6, 3 : Quoniam data est vobis ; opera vestra.

<sup>398</sup> Sap. 6, 11 : Qui enim custodierint justa ; qui didicerint ista.

<sup>399</sup> Ps. ISID., *Clementis secunda* LII : amplius vos tribulamini, t. ; beatiores efficiemini, s. ; Discite filii mei sapientiam, et tenete t. ; et amplectimini c. ; non excidatis ; enim vobis a ; opera vestra, et ;

2. Ecclesias per congrua et utilia faciant<sup>□</sup> loca, quas divinis precibus sacrare oportet ; et in singulis sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos ponant<sup>□</sup>, quos ab omnibus venerari oportet, et non a quoquam gravari.<sup>400</sup>

3. Semper Dei sacerdotes vitent<sup>□</sup> mala ; et *pro* animabus suis<sup>□</sup>, *ne confundantur dicere verum*,<sup>401</sup> mendacia fugiant<sup>□</sup>, et veritatem corde proferant<sup>□</sup>, quoniam *multos jam subplantavit suspitio*.<sup>402</sup> Caritatem semper diligant<sup>□</sup>, et fratres adjuvent. Qui autem episcopis suis<sup>ssssss</sup> rebelles fuerint, erit de illis quod propheta dicit : *Erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt vobis*.<sup>403</sup> Unde et Dominus ait : *Qui vos audit, me audit ; et qui vos spernit, me spernit. Et qui me spernit, spernit eum qui me misit*.<sup>404</sup> Et item : *Qui non est adversum vos, pro vobis est*.<sup>405</sup> Et item : *Quisquis potum dederit vobis in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizaverit unum ex<sup>□</sup> pusillis credentibus in me, bonum esset<sup>□</sup> ei magis si circumdaretur mola asinaria collo ejus, et in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua, abscide illam ! Bonum est tibi debilem in vitam<sup>□</sup> intrare, quam duas manus habentem ire in Gehennam in ignem inextinguibilem. Ubi vermis eorum non morietur<sup>□</sup>, et ignis non extinguetur<sup>□</sup>. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum ! Bonum est tibi<sup>□</sup> claudum introire in vitam æternam<sup>□</sup>, quam duos pedes habentem mitti in Gehennam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum non morietur<sup>□</sup>, et ignis non extinguetur*.<sup>406 407</sup>

---

Semper cavetote ne aliquando peccata (*sed* peccato *D, P, S*) consentiamus et prætermittamus p.

<sup>400</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* LIII : utilia facite loca quæ (*sed* quas *D*) d. ; dicatos poni, q.

<sup>401</sup> Eccli. 4, 24 : Devita a malo pro anima tua, ne confundaris d.

<sup>402</sup> Eccli. 3, 26 : multos quoque illorum s.

<sup>403</sup> Is. 41, 11 : contradicunt tibi.

<sup>404</sup> Luc. 10, 16.

<sup>405</sup> Marc. 9, 39.

<sup>406</sup> Marc. 9, 40-45 : quia Christi ; Et quisquis ; bonum est ; vitam introire ; non moritur ; non extinguitur.

<sup>407</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* LIV : Semper vitate m. ; animabus vestris ne confundamini d. ; mendacia fugite, et ; corde proferte, q. ; semper diligite, et fratres adjuvate ; unum de (*sed* ex *D, P*) p. ; bonum est enim (*sed* ei *S*) m. ; in vita (*sed* vitam *B, D, P, S*) introire, q. ; non moritur (*sed* morietur *B, D, S*), et ; non extinguitur (*sed* extinguetur *B, D, P, S*) ; est claudum (*sed* tibi claudum *D, P, S*) ; in regnum Dei (*sed* vitam æternam *B, D, P, S*), q. ; non moritur (*sed* morietur *B, D, S*) ut supra (*sed* et ignis non extinguitur *P*).



4. Item de sapientia sacerdotum Dominus ait : *Omnis igne<sup>□</sup> salietur, et omnis victima salietur. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud salietur<sup>□</sup> ? Habeant sacerdotes in se sal, et pacem habeant<sup>ttttt□</sup> inter se,<sup>408</sup> quia quisquis sacerdotum recte docuerit et juste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter pœnam sustinebit. Ideo eos<sup>□</sup> bona agere semper oportet, ut bravium vitæ æternæ percipiant<sup>□</sup>. His bene pareant<sup>□</sup> sententiis, ne quis hæc precepta minime credat implenda, et iudicio Dei ignis æterni tormenta sustineat, qui ecclesiastici<sup>uuuuuu</sup> operis sacra neglexerit.<sup>409</sup>*
5. Hæc verba sancti Petri apostoli fuisse Clemens confirmat [fol. 125] dicens : Hæc<sup>□</sup> de ore sancti Petri jubentis audivi.<sup>410</sup>
6. Siquis hæc precepta non integra custodierit, erit reus<sup>□</sup> usque<sup>vvvvv</sup> in adventum domini nostri Jesu Christi. Hæc precepta a sancto Petro apostolo accepi, et karissimis fratribus consacerdotibus nostris<sup>□</sup> insinuare curavi, ut servare omnia precipiant<sup>□</sup> sine macula. Siquis nos<sup>□</sup> audierit, utilis erit minister Christi Jesu. Qui autem non audierit sacerdotes suos<sup>□</sup>, immo loquentem Deum per sacerdotes suos, ipse sibi damnationem accipiet. Omnipotens Deus sua sacerdotes suos<sup>□</sup> protectione custodiat, atque ad cælestis remunerationem patriæ multiplici animarum fructu perducatur, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>411</sup>

---

<sup>408</sup> Marc. 9, 48-49 : illud condietis ? Habete in vobis ; pacem habete inter vos.

<sup>409</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* LIV : Omnis ignis (*sed enim igne B, D, P, S*) s. ; illud salietis ? Habete in vobis s. ; pacem habete in vobis (*sed inter vos B, D, P, S*), quia quisquis vestrum r. ; Ideo vos b. ; æternæ percipiatis ; bene parete s.

<sup>410</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* LIV : Hæc igitur, frater Jacobe de.

<sup>411</sup> PS. ISID., *Clementis secunda* LV : c., sit anathema usque ; et tibi, karissime frater, i. ; omnia precipias s. ; Siquis vero te a. ; audierit te, immo loquentem Dominum (*sed Deum B, D, S*) per te, i. ; sua te p.

**SERMO IN CONCILIO AD OMNEM ECCLESIAM, EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.**

***Dicta beati Clementis, urbis Romæ episcopi, ad omnem Ecclesiam.***

**[[XXXVIII**

1. Omnibus coepiscopis<sup>□</sup>, diaconibus, ac reliquis clericis, et cunctis principibus majoribus minoribusve, omnibusque generaliter fidelibus, sit eis benedictio claritatis et gloria, in gratia Dei, quæ data est nobis in Christo Jesu domino nostro ! Urget nos multus amor sanctæ Ecclesiæ<sup>□</sup>, et religiosa invitat devotio, quia debitores sumus ut fratres nostros admoneamus<sup>□</sup>. Illis ergo qui sacerdotio Domini fruuntur<sup>□</sup>, et in speculo sunt positi, plus scire oportet, ut subditos sibi<sup>□</sup> populos pleniter docere possint<sup>□</sup>, eisque ad regna cælorum ducatum prebere, Domino annuente, valeant<sup>□</sup>. Unde et ipsa per se Veritas ait : *Vobis datum est nosse misterium regni Dei, ceteris autem in parabolis*, et reliqua...<sup>412</sup> Propter quod consilium damus<sup>□</sup> unicuique sacerdotum constanter docere verba divina, et omnes clerici et laici discentes<sup>□</sup> libenter accommodent aurem verbo Dei.<sup>413</sup>

2. Episcoporum<sup>□</sup> enim, qui legatione Christi funguntur<sup>□</sup>,<sup>414</sup> est docere populos ; clericorum<sup>□</sup> vero et laicorum est episcopis oboedire ut Deo. Si autem ipsis<sup>□</sup> episcopis non oboedierint omnes presbiteri, diaconi, ac subdiaconi et reliqui clerici, cunctique omnes principes, tam majoris ordinis quam et inferioris, atque reliqui ‘populi tribus et linguæ’<sup>415</sup> non obtemperaverint<sup>wwwww</sup>, non solum infames, sed et extorres a regno Dei et consortio fidelium, a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam episcoporum<sup>□</sup> est eos instruere ; eorum vero est episcopis<sup>□</sup> oboedire ut Deo, cujus legatione funguntur<sup>□</sup>,<sup>416</sup> dicente Domino : *Qui vos audit, me audit. Et qui vos spernit, me spernit.*<sup>417</sup>

<sup>412</sup> Luc. 8, 10.

<sup>413</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LVI : coepiscopis, presbiteris, d. ; amor vester, et religiosæ vitæ (*sed* religiosa invitat B, D, P, S) d. ; ut quædam vobis scribamus. Vobis e. ; Domini fruimini, et in specula (*sed* speculo B, D, S) estis p. ; subditos vobis p. ; docere possitis, e. ; annuente, valeatis ; consilium do unicuique vestrum c. ; et discentibus consilium do libenter (*sed* discentibus libenter B, D, P, S) accomodare a.

<sup>414</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

<sup>415</sup> cf. Dan. 3, 4 : vobis dicitur populis tribubus et linguis.

<sup>416</sup> cf. *supra* n. Erreur : source de la référence non trouvée p. 271.

<sup>417</sup> Luc. 10, 16.

Et qui vos recipit, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit.<sup>418</sup> Nichil enim injustius vel inhonestius est quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inoboedientes vel protervos existere. Novimus enim primum hominem per inoboedientiam cecidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et quia Dominus superbis resistit<sup>419</sup>, humilibus autem dat gratiam.<sup>419</sup> Dominus noster mittens septuaginta<sup>xxxxxx</sup> duos discipulos suos<sup>420</sup> vice sua in loco duodecim<sup>yyyyyy</sup> discipulorum<sup>420</sup> ad predicandum, precepit eis<sup>420</sup> docere omnes, omnesque eis<sup>420</sup> fideliter oboedientes ut ipsi<sup>420</sup> existere.<sup>420</sup>

3. Quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen et irrigata germinaverit, et pariat<sup>421</sup> quæ est paritura. Sic et omnis homo qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non siverit, ac minime crediderit, doctoribusque et episcopis suis non benivolus, sed rebellis atque inoboediens extiterit, fructum non germinabit<sup>422</sup> nec pariet, sed similis est arbori illi de qua Dominus ait : *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur* !<sup>421 422</sup>

4. Omnes ergo bonum afferant fructum, ut salventur per Jesum Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen.

---

<sup>418</sup> Matth. 10, 40.

<sup>419</sup> cf. Jac. 4, 16 : exultabis in superbiis vestris.

<sup>420</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LVII : Vestrum enim ; Christi fungimini, e. ; p., eorum vero est vobis o. ; autem vobis e. ; Nam vestrum e. ; est vobis o. ; legatione fungimini, d. ; superbis restit (*sed* resistit B, D, P, S), h. ; mittens nos v. ; loco apostolorum ad ; precepit nobis d. ; omnesque nobis f. ; ut ipso (*sed* ipsi B, P, S) e.

<sup>421</sup> Matth. 7, 19.

<sup>422</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LVII : et pariet (*sed* pariat D, P, S) q. ; non germinabitur (*sed* germinabit B, D, P, S) n.

## SERMO IN CONCILIO.

***Dicta beati Clementis papae ad instructionem sacerdotum et sanctæ Ecclesiæ.*****[[XXXIX**

1. Primus pontifex Aaron chrismate compositionis perunctus, princeps populi fuit, et tamquam rex primitias et tributum per capita accepit a populo. Et iudicandi plebem sorte suscepta, de mundis inmundisque iudicabat. Sed et si alius ex ipso unguento perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis hæc gratia ab hominibus composita tantum potuit, intelligite jam quantum sit illud unguentum quod a Deo de virgulto vitæ prolatum<sup>□</sup> est, cum hoc quod ab hominibus factum est tam eximias inter homines conferat dignitates ! Quid enim in presenti sæculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius ?<sup>423</sup>

2. Omnis enim pontifex sacro chrismate perunctus, et in civitate constitutus, scripturis sacris eruditus, carus et preciosus hominibus oppido esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent eique servire, et oboedientes ad salutem suam fideliter existere, scientes quod sive honor sive injuria quæ ei defertur in Christum<sup>□</sup> redundat, et a Christo in Deum Patrem. Audire ergo episcopum<sup>□</sup> attentius oportet, et ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ a presbiteris inquirere, a diaconibus vero ordinem disciplinæ. Propter quod deprecamur omnes pontifices<sup>□</sup> conservos et adjuutores nostros<sup>□</sup> ut discant attentius animarum gerere curam, et pro omnibus stare, maxime tamen pro his qui in cultu divino laborant.<sup>424</sup>

3. Ecclesiarum omnium curam habeant<sup>□</sup>, servisque earum adjutorium prebeant. Viduarum religiosam curam gerant<sup>□</sup> ; pupillos enixius liberent ; pauperibus misericordiam faciant ; juvenes pudicitiam doceant. Et ut breviter totum dicam, alterutrum se<sup>□</sup> in quibus res poposcerit sustentent<sup>□</sup>. Deum colant, qui creavit cælum et terram, et Christo credant<sup>□</sup>. Invicem se diligant, et

<sup>423</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LVIII : virgulto probatum (*sed* prolatum *B, D, P, S*) e.

<sup>424</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LIX-LX : in Christo (*sed* Christum *D, S*) r. ; ergo eum a. ; quod deprecor vos c. ; adjuutores meos ut discatis a.

misericordes sint in omnes. Non verbo solo, sed opere et rebus expleant<sup>□</sup> caritatem. Agant pro viribus ipsi pontifices conservi nostri dilectissimi, quia bonum est ut unusquisque pontificum<sup>□</sup> secundum quod potest prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ. Et ideo non eos<sup>□</sup> pigeat secundum sapientiam quæ eis<sup>□</sup> per Dei providentiam collata<sup>□</sup> est instruere ignaros et docere. Desiderium autem omnes clericos et laicos habere erga doctorem veritatis, eumque ut oculos suos amare oportet, quia et ipsum<sup>□</sup> pontificem condecet amare et docere populum sibi commissum ceu proprios filios. Hoc enim a patre cælesti donatum est, sed salus in eo est ut voluntatem ejus cujus amorem et desiderium Deo largiente conceperint faciant.<sup>425</sup>

4. Siquis etiam fidelis voluerit existere, et desiderat baptizari exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cælestium ex gestis propriis fiat<sup>□</sup>. Accedat autem qui vult ad sacerdotem suum, et ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat misteria regni cælorum. Jejuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus jam consummando, in die festo possit baptizari. Baptizetur<sup>□</sup> autem unusquisque in aquis perennibus trina mersione, invocato super se nomine trinæ beatitudinis, hoc est Patris et Filii et Spiritus Sancti, perunctus primum<sup>□</sup> oleo per orationem sanctificato, ut ita demum per baptismum<sup>□</sup> consecratus possit percipere locum cum sanctis, et refici sacrificio immaculato sancti altaris.<sup>426</sup>

5. Nullus autem aliter baptizet, nisi in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, quia hoc Dominus apostolos docuit dicens : *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti !*<sup>427</sup>

6. Nullus denique propter obprobrium senectutis, vel nobilitatem generis aut juventutis, a parvulis et minus eru-[fol. 125v]-ditis siquid forte est utilitatis aut salutis inquirere neglegat. Qui enim

---

<sup>425</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXI : curam habetote, servorumque (*sed* servisque *P*) eorum adjutorium prebete ; curam gerite, pupillos enixius liberate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete ; alterutrum vos in ; poposcerit sustentate. Deum colite, q. ; Christo credite. Invicem vos diligite, et misericordes estote in ; rebus replete caritatem. Agitote pro ; unusquisque vestrum s. ; non vos p. ; quæ vobis p. ; p. collocata (*sed* collata *B, D, P, S*) est ; et docere (*sed* ipsum *B, D, P, S*) concedet. Hoc (*sed* amare et [...]) filios. Hoc *B, P*).

<sup>426</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXII : propriis fiet (*sed* fiat *B, D, S*) ; Baptizato autem ; perunctus primo (*sed* primum *D*) o. ; per hoc c.

<sup>427</sup> Matth. 28, 19 : Euntes ergo d.

rebelliter vivit, et discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, et potius infidelis quam fidelis monstratur. Ergo hoc<sup>¶</sup> omnibus amabile sit, et cunctis exoptatum ut<sup>¶</sup> quæ ignorat discat, et quæ didicerit bona unusquisque doceat per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>428</sup>

---

<sup>428</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIII : hoc non omnibus amabile est, et ; e. aut (*sed* ut *B, D, S*) quæ.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.**

***Dicta beati Clementis papæ de veritate et ignorantia, ad ædificationem Ecclesiæ.***

**[XL]**

1. Certissimum esse omnes sciunt<sup>□</sup> quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas homini debet<sup>zzzzz</sup> esse preciosior veritate, quia nichil est preciosius anima.<sup>429</sup>

2. Dominus autem creator omnium ex initio ad imaginem suam hominem fecit,<sup>430</sup> eumque<sup>□</sup> dominatorem terræ, marisque et aeris ipsius dedit, veritatemque inquirere precepit. Et sicut dominus prophetarum Christus filius Dei discipulis suis<sup>□</sup> enarravit, et illi nobis, et ipsa rerum ratio docet, solus homo est rationabilis. Et consequens est ut ratio irrationabilibus dominetur. Hic ab initio cum adhuc justus esset, omni fragilitati<sup>□</sup> superior erat. Ubi autem peccavit et factus est servus peccati, simul et fragilitate effectus est<sup>□</sup> noxius.<sup>431</sup>

3. Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles. Et non solum impassibiles, verum et parva in Deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim ipse dominus prophetarum discipulis suis<sup>□</sup> promisit dicens : *Amen dico vobis ; si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic : « Transi hinc ! », et transibit.*<sup>432</sup> Hujus vocis multi<sup>□</sup> jam documenta ceperunt<sup>aaaaaaa</sup>, et jam facta quædam per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, non ignorant<sup>□</sup>. Quia adstantibus nobis eorum meritis dæmones cum passionibus quas hominibus invexerant transierunt et fugati sunt. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est. Quæ non alia esse quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus vero fidei demonstratur. Infidelitas

<sup>429</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIII : Certissimum namque est q.

<sup>430</sup> *cf.* Gen. 1, 26.

<sup>431</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIV : f., eique (*sed* eumque *S*) dominatorem ; sicut vera propheta nobis enarravit ; esset, cunctis viris et omnes fragilitates s. ; et fragilitati efficitur debitor obnoxius.

<sup>432</sup> Matth. 17, 19.

enim dum non credit futurum Dei iudicium, peccandi licentiam prebet ; peccatum vero hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem futurum Dei iudicium credens esse continet homines a peccato. Non peccantes vero non solum liberi sunt a dæmonibus et passionibus, verum et aliorum dæmones et passiones fugare possunt.<sup>433</sup>

4. Ex his ergo omnibus colligitur quod origo tocius mali ab ignorantia descendat, et ipsa sit malorum omnium mater. Quæ incuria quidem et ignavia gignitur, negligentia vero alitur et augetur, atque in sensibus hominum radicatur dum amatur. Quam si quis forte doceat effugandam, velut antiquis et hæreditariis sedibus moleste et indignanter avellatur<sup>□</sup>. Et ideo paululum laborandum nobis est, ut indignantes ignorantiae, presumptionis<sup>□</sup> scientiam ratione reseceamus, in his precipue qui in aliquibus minus rectis opinionibus preventi sunt. Per quas quasi sub specie alicujusdam scientiae, ignorantia in his vehementius eradicata est. Nichil enim gravius quam si id quod ignorat quis scire se credat, et defendat verum esse quod falsum est. Quod tale est, quale<sup>□</sup> quis ebrius sobrium se putet, et agat quidem cuncta ut ebrius ; sobrium se<sup>bbbbbb</sup> tamen et ipse putet, et dici a ceteris velit. Ita sunt ergo et hi qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiae tenent, et mala quasi bona gerunt<sup>ccccccc</sup>, atque ad perniciem quasi ad salutem festinant<sup>dddddd</sup>. Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus, quasi lumine nobis inde succenso, errorum tenebras depellere, prestante domino, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>434</sup>

---

<sup>433</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXV : ipse verus propheta p. ; vocis etiam vos ipsi documenta cepistis, e. ; non ignoratis.

<sup>434</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXVI : indignanter avellitur ; i., presumptiones (*sed* presumptionis B) scientiae r. ; quale si q.



**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.**

*Dicta beati Clementis papæ ad instruendam Ecclesiam, de ignorantia et veritate.*

**[XLI]**

1. Grande malum est, fratres, ignorantia, sed quia substantiam non habet, facile ab his qui studiosi sunt effugatur. Non enim aliud est ignorantia nisi non agnovisse quod expedit. Ubi autem agnoveris, perit ignorantia.<sup>435</sup>
2. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest nisi dominus prophetarum Jesus Christus filius Dei<sup>□</sup>. Hæc enim porta est vitæ volentibus ingredi, et est dux operum bonorum pergentibus ad civitatem salutis<sup>□</sup>. Si quis sane sermonem audiens veritatis<sup>□</sup>, hoc est domini nostri Jesu Christi, velit recipere aut nolit, et amplecti onus ejus, id est mandata vitæ, habet in sua potestate. Liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc est<sup>□</sup> ut audientes eum jam non haberent in potestate aliud facere quam audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, et hoc naturæ vis erat quæ unum aliquid fieri cogeret, et alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum est animo in quam velit partem declinare iudicium suum, et quam probaverit eligere vicem<sup>□</sup>, constat evidenter inesse hominibus arbitrii libertatem. Igitur priusquam audiat quis quod ei expedit, certum est quia ignorat<sup>□</sup>, et ignorans vult et desiderat quod non expedit agere ; propter quod, pro hoc non iudicatur. Cum vero audierit causas erroris sui, et rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus quibus dudum fuerat preventus, recte jam vocabitur ad iudicium, daturus poenas<sup>□</sup>, quia<sup>ccccccc</sup> vitæ hujus spatium quod ad bene vivendum accepit in ludibriis consumpsit errorum.<sup>436</sup>

<sup>435</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXVI.

<sup>436</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXVII : nisi verus propheta ; ingredi. Si (*sed* et sunt operum [...] salutis. Si *B, D, P, S*) ; audiens veri prophetæ, v. ; hoc esset (*sed* est *B*) ut ; eligere viam, c. ; quia ignoret, et ; daturus pœnis (*sed* pœnas *D, P*), q.

3. Qui vero audiens hæc libenter accipit<sup>l</sup>, et gratulatur<sup>fffff</sup> bonorum doctrinam sibi fuisse delatam, requirat intentius et discere non desinat, usquequo cognoscat si est vere aliud seculum, in quo<sup>gggggg</sup> bonis premia preparata sunt. Et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quod sibi<sup>l</sup> veritatis lumen ostenderit. De cetero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est preparatam. Demirans per omnia et stupens ceterorum hominum errores, et quod ante oculos<sup>hhhhhh</sup> positam veritatem non vident<sup>iiiiii</sup>. Ipse tamen gaudens super divitiis sapientiæ quas invenit, insatiabiliter his perfruatur, et exercitio bonorum operum delectetur. Festinans ad seculum<sup>iiiiii</sup> futurum mundo corde et pura conscientia pervenire, ubi<sup>l</sup> etiam videre Deum regem omnium possit. His autem omnibus carere nos et fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines quantum boni habeat scientia, ignorantiae malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim quanta sit in horum permutatione diversitas.<sup>437</sup>

4. Propter quod consilium do unicuique discentium libenter prebere aurem verbo Dei, et cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut mens, optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam si me docente ea quæ ad salutem pertinent recipere quis abnuit, et animo pravis opinionibus occupato obsistere nititur, non ex nobis<sup>l</sup> sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim justo iudicio examinare quæ dicimus, et intelligere quia verba loquimur veritatis. [fol. 126] Ut cognitis his quæ sunt ut sunt, et<sup>l</sup> in bonis actibus dirigens viam suam, regni cælorum possit particeps inveniri, subiciens sibi carnis desideria. Et dominus eorum factus<sup>l</sup>, ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium jocunda possessio, Jesu Christi domini nostri, cui est gloria in secula. Amen.<sup>438</sup>

<sup>437</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXVII : libenter accepit (*sed* accipit *D, S*), et ; quos si (*sed* sibi *B, D, P, S*) v. ; veritatem nemo videbat ; p., et (*sed* ubi *B, S*) etiam.

<sup>438</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXVIII : ex vobis (*sed* nobis *S*) s. ; sunt, in (*sed* et in *B*) ; factus, ut i.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS, AD INSTRUCTIONEM  
ECCLESIAE DEI.**

***Dicta beati Clementis papae ad instructionem Ecclesiae Christi.***

**[XLII]**

1. Qui permanet in malo et servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo. Quia ab initio duo regna statuit Deus, et potestatem dedit unicuique hominum, ut<sup>□</sup> illius regni fiat portio cui se ad oboediendum spe<sup>□</sup> subjecerit. Et quia definitum est apud Deum non posse unum hominem utriusque regni esse servum, omni studio dent omnes<sup>□</sup> operam in boni regis aulam ac jure<sup>□</sup> concurrere.<sup>439</sup>

2. Propter hoc denique dominus prophetarum, Jesus Christus filius Dei<sup>□</sup>, cum esset presens cum discipulis suis multis<sup>□</sup>, et quosdam ex divitibus neglegentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem. *Nemo potest, inquit, duobus dominis servire. Et non potest Deo servire et Mammonæ,*<sup>440</sup> Mammona patria eorum voce divitias vocans. Hic ergo Dominus<sup>□</sup>, qui in Judea discipulis suis apparuit, qui stans publice sola jussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, et mortuis vitam, cumque nichil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat<sup>□</sup>, quod nulli est possibile nisi soli Deo, hic in terris adnuntiavit<sup>□</sup> regnum Dei, cui discipuli ejus<sup>□</sup> de omnibus quæ dicebat tamquam vero Deo crediderunt<sup>□</sup>. Et firmitatem fidei suæ<sup>□</sup> non solum ex verbis ejus sed ex operibus assumentes, quia dicta legis quæ ante multas generationes de presentia ejus exposuerunt<sup>□</sup>, in ipso consignantur. Et imagines<sup>kkkkkkk□</sup> gestorum Moisi, et ante ipsum patriarchæ Jacob, ipsius per omnia tipum ferebant.<sup>441</sup>

<sup>439</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXVIII : hominum, illius (*sed* ut illius *B, D, P, S*) ; o. ipse (*sed* spe *B*) subjecerit ; studio date o. ; ac jura (*sed* jure *B*) c.

<sup>440</sup> Matth. 6, 24 et Luc. 16, 13.

<sup>441</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIX : denique verus propheta c. ; presens nobiscum, et ; ergo verus propheta est quia (*sed* propheta qui *S*) in Judea nobis apparuit, ut audisti, q. ; hominum pervidebat, q. ; hic adnuntiabat (*sed* adnuntiavit *D, S*) r. ; Cui nos de ; vero prophetæ credimus ; fidei nostræ non solum enim ex (*sed* solum ex *D, P*) ; ejus exposuerant, in ; Et imaginem (*sed* imagines *B, P*) g.

3. Tempus quoque adventus ejus, hoc est ipsum in quo venerat, predictum ab his constat. Et super omnia quod esset a gentibus expectandus sacris litteris comprehensum est, quæ in eo pariter<sup>o</sup> universa completa sunt. Quod autem judeorum propheta predixit dominum nostrum Jesum Christum<sup>o</sup> a gentibus expectandum, supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset a judeis tantum expectandum, non aliquid eximium prophetasse videretur, quod a contribuli<sup>o</sup> populo et a propria gente speraretur is cujus adventus ad<sup>l</sup> salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse ut hoc fieret, quam magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetæ dicant omnem illam spem quæ de salute mundi repromittitur, et novitatem regni quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo judicant ad gentes esse transferenda, jam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinatos eventu, magnificentia prophetica confirmatur.<sup>442</sup>

4. Judei namque ex initio adfore aliquando hunc virum per quem cuncta reparentur verissima traditione susceperant, et cotidie meditantes ac prospicientes quando ejus fieret adventus, ubi adesse<sup>o</sup> eum viderunt, et<sup>o</sup> signa ac prodigia sicut de eo adscriptum fuerat adimplentem, invidia excæcati agnoscere nequiverunt presentem, in cujus spe<sup>o</sup> lætabantur absentes.<sup>443</sup>

5. Intellexerunt tamen<sup>o</sup> sancti apostoli qui a Deo electi sunt, primo duodecim<sup>o</sup>, deinde sexies duodecim (hoc est septuaginta<sup>o</sup> duo), et nos et alii qui post ab apostolis<sup>o</sup> electi sumus. Hoc autem providentia Dei factum est, ut agnitio boni hujus etiam gentibus traderetur, et hi qui numquam de eo audierant, nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum; illi vero qui cotidianis meditationibus evanuerant, ignorarent. Ecce enim per ipsas nationes quæ<sup>o</sup> presentes desiderant audire doctrinam Christi, et agnoscere quis et quomodo, et qualis sit ejus adventus, prophetica veritas adimpletur. Hoc est enim quod predixerant prophetæ, quia a gentibus<sup>o</sup> quærendus esset quæ de eo numquam audierunt.<sup>444</sup>

<sup>442</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIX : eo universa (*sed* pariter universa B, D, P, S) ; predixit eum a ; a tribuli (*sed* contribuli B, D, P, S) p.

<sup>443</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIX : cotidie eum (*sed* meditantes ac [...] adesse eum B, D, P, S) ; cujus spem (*sed* spe B, P) l.

<sup>444</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIX : Intellexerunt tantum (*sed* tamen B, D, S) s. ; ab eis e. ; per vos nunc qui presentes estis et desideratis audire doctrinam fidei ejus, et ; a vobis quærendus esset qui de eo numquam audistis.

6. Nam Marcialis propinquus beati Petri magistri nostri, discipulus autem et apostolus Jesu Christi cum eis qui post duodecim<sup>pppppp</sup> a Domino electi sunt, gentem illam Galliarum quæ Aquitanica dicitur jam facile Domino paravit credulam et subjectam, parans Domino viam in illis provinciis, ut securius post eum doctores Domini illuc accedere possint, ubi aliquos dirigere cupimus, qui plantam sacri germinis jam radicam<sup>qqqqqq</sup> in illis regionibus fovere et propagare laborent.

7. Et ideo nationes dum vident<sup>□</sup> in semetipsis prophetica dicta compleri, ipsi domino Jesu Christo<sup>□</sup> recte credentes, hunc recte expectant. De hoc recte inquirent<sup>□</sup> ut non solum expectent eum, sed et hæreditatem regni ejus credentes consequantur<sup>□</sup>, secundum quod ipse dixit quia unusquisque illius sit servus cui se ipse subjecerit. Propterea ergo omnes vigilant<sup>□</sup>, et Dominum Deumque nostrum sibi conscribant Dominum, qui et cæli ac terræ dominus est, et se<sup>□</sup> ad ipsius imaginem ac similitudinem reformat<sup>□</sup>, sicut ipse Dominus docet dicens : *Estote boni et misericordes, sicut et pater vester cælestis misericors est !<sup>445</sup> Qui oriri facit solem suum super bonos et malos, et pluit super justos et injustos,<sup>446</sup> hunc omnes imitentur<sup>□</sup> et hunc timeant, et sicut mandatum datur hominibus, *dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies,<sup>447</sup> summopere observent, prestante ipso Domino, cui est gloria in secula. Amen.<sup>448</sup>**

---

<sup>445</sup> Luc. 6, 36.

<sup>446</sup> Matth. 5, 45.

<sup>447</sup> Deut. 6, 13.

<sup>448</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIX : ideo videntes in vobisipsis p. ; c., huic uni recte ; recte expectatis ; recte inquiretis ut non solum expectetis e. ; credentes consequamini, s. ; ergo vigilate in Domino (*sed et Dominum B, D, P, S*) Deumque nostrum vobis conscribite D. ; et vos ad ; similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta d. ; Hunc ergo imitamini et hunc timete, et.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS<sup>RRRRRRR</sup>.*****Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem episcoporum et sanctæ Ecclesiæ.*****[XLIII]**

1. Quicumque infideles sunt, illis quasi<sup>¶</sup> dormit Dominus ; et absens habetur his a quibus esse non creditur, et mandatis ejus non oboediunt, atque ob id illis videtur quasi dormire Dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur.<sup>449</sup>

2. Quapropter cunctis fidelibus et summopere omnibus presbiteris et diaconibus, ac reliquis clericis adtendendum est ut nichil absque episcopi proprii licentia agant. Non utique missas sine ejus jussu quisque presbiterorum in sua parrochia agat, non baptizet, nec quicquam absque ejus permissu faciat. Similiter et reliqui populi, majores scilicet et minores, per ejus licentiam quicquid agendum est agant, nec sine ejus permissu a sua parrochia abscedant, vel in ea adventantes morari presumant. Animæ enim eorum ei creditæ sunt, ideo omnia omnes ejus consilio agere debent, et eo inconsulto nichil. Quicumque enim oboediunt episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non oboediunt, indubitanter rei et reprobis existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consequuntur, qui justitiæ et precepti ejus semitas incedentes, suis doctoribus, qui recte episcopi intelliguntur, libenter oboediunt.<sup>450</sup>

3. De quibus et beatus Petrus, instructor et ordinator noster et princeps apostolorum, manifeste cunctos audientes instruebat dicens : Videntur mihi qui loquuntur verbum<sup>¶</sup> veritatis, et qui inluminant animas hominum, similes esse radiis solis. Qui ut processerint<sup>¶</sup> et apparuerint mundo, cælari ultra aut occultari nullatenus possunt. Dum non tamen videntur ab hominibus quam videre omnibus prestant. Unde et bene ipsa per se Veritas ad veritatis precones ait : *Vos estis lux mundi. Et non potest civitas*

---

<sup>449</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXIX : Infidelibus quidem dormit.

<sup>450</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXX.

*abs-[fol. 126v]-condi supra montem posita, neque accendunt lucernam et<sup>ssssss</sup> ponunt eam sub modio sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.*<sup>451 452</sup>

4. Si quis ergo his oboedierit, Deo, ut dictum est, magnum munus offert. Qui autem his restiterit<sup>□</sup> aut inoboediens extiterit, non his sed Domino salvatori nostro, cujus legatione funguntur,<sup>453</sup> resistit. Propter quod primum est omnium justitiam Dei regnumque ejus inquirere, et suis jussionibus obtemperare<sup>ttttt</sup>. Justitiam quidem, ut recte agere doceamur<sup>□</sup>. Regnum vero, ut que<sup>uuuuuu</sup> sit merces posita laboris et patientiæ noverimus, in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem qui contra voluntatem ejus egerunt, pro uniuscujusque gestis poenarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est in presenti vita, positos oportet omnes<sup>□</sup> agnoscere voluntatem Dei, ubi et<sup>vvvvvv</sup> agendi et sacrificandi locus est. Quoniam in aliis locis sacrificare et missas celebrare non licet, nisi in his in quibus episcopus proprius jusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato tenentem<sup>□</sup> videlicet civitatem consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda nec rite celebranda, docente nos Novo et Veteri Testamento. Hæc apostoli a Domino acceperunt et nobis tradiderunt ; hæc nos docemus, et omnibus episcopis absque reprehensione tenere et docere quibus agendum est mandamus.<sup>454</sup>

5. Unaquæque autem res suum tempus habet et locum. Operum hic locus est ; tempus vero est meritorum seculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primo quæ sit Dei justitia requiramus ! Vitam<sup>□</sup> quam iter acturi abundantiam viatico bonis operibus repleamur, quo possimus ad regnum Dei tamquam ad urbem maximam pervenire ! Deus enim his qui recte sentiunt per ipsa opera quæ fecit manifestus est, ipsius creaturæ suæ utens testimonio. Et ideo cum de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc ejus justitia requiramus et regno. Ideo persuademus<sup>□</sup> primum justitiam ejus esse requirendam, ut per hanc iter agentes et in via positi veritatis, dominum prophetarum Jesum Christum filium Dei<sup>□</sup> invenire possimus. Non velocitate pedum, sed bonorum operum velocitate currentes, ut ipso duce usi nullum viæ hujus<sup>□</sup> patiamur errorem. Si enim Dominum<sup>□</sup> sequentes ingredi meruerimus illam quo pervenire cupimus civitatem, omnia jam de

<sup>451</sup> Matth. 5, 14-15.

<sup>452</sup> Ps. ISID., *Clementis tertia* LXX : loquuntur verba (*sed* verbum *D, S*) v. ; ut præcesserint (*sed* processerint *S*) et.

<sup>453</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

<sup>454</sup> Ps. ISID., *Clementis tertia* LXX : his resisterit (*sed* restiterit *B, D, P*) a. ; agere doceamus (*sed* doceamur *B, S*) ; oportet nos a. ; ordinato tenente (*sed* tenentem *B, D, P*) v.

quibus quæritur oculis videbimus tamquam hæredes omnium facti, per gratiam Jesu Christi domini nostri, cui est gloria in secula. Amen.<sup>455</sup>

---

<sup>455</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXXI : Per quam ; Ideo persuadeo p. ; v., verum prophetam invenire ; viæ ejus (*sed* hujus *B, D, P*) p. ; enim ipsum s.



## OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.

*Dicta beati Clementis papæ ad pacem et ædificationem sanctæ Ecclesiæ.*

## [XLIV]

1. Intelligamus, dilectissimi, vitam brevem<sup>¶</sup> esse, et hunc vitæ nostræ cursum ; viatores autem esse eos qui nos instruunt vel omnes qui bona opera gerunt, cujuscumque conditionis et ætatis sint. *Portam* vero esse ipsum Dominum<sup>¶</sup>, qui *hostium* apertum *ovium* est sanctæ Ecclesiæ, *per* quam portam nisi *quis intraverit salvus esse non poterit.*<sup>456</sup> Urbem autem regnum esse in quo residet Deus omnipotens, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. *Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem ;*<sup>457</sup> quem soli videre poterunt<sup>¶</sup> hi qui mundo sunt corde. Nulli<sup>¶</sup> ergo nostrum difficilis videatur hujus itineris labor, quia in fine ejus requies erit.<sup>458</sup>

2. Nam et ipse dominus prophetarum Jesus Christus filius Dei<sup>¶</sup>, juxta humanitatem quam de Virgine assumpsit in temporibus nostris, ab initio mundi per seculum quasi cucurrit<sup>¶</sup>, dum a prophetis predicta est passio ejus et resurrectio, et ascendens in cælum pervenit ad requiem ad quam festinaverat, et ad illam gloriam et requiem ejus desiderat ipse ut nos festinemus cotidie. Adest omnibus diebus his qui eum diligunt<sup>¶</sup>, et si quando necesse est apparet et corrigit eos<sup>¶</sup>, ut obtemperantes sibi ad vitam perducatur æternam. In suis quippe fidelibus ab initio per seculum currit et festinat ad requiem, sicut nobis doctor noster Petrus apostolus retulit ipsum dixisse discipulis suis : *Ecce ego vobiscum sum*

---

<sup>456</sup> cf. Joh. 10, 7-9.

<sup>457</sup> I Tim. 6, 16.

<sup>458</sup> Ps. ISID., *Clementis tertia* LXXI : Intelligite itaque viam (*sed vita B*) esse ; vero, prophetam de quo dicimus ; videre possunt hi ; Non ergo vobis d.

*omnibus diebus, usque ad consumationem seculi.*<sup>459</sup> Cur ergo adversitates seculi et Satanæ timemus, cum dominum nobiscum habemus ?<sup>460</sup>

3. De his autem qui neglegunt viam suæ salutis, et adhuc non bene fideles sunt, et preceptis ejus suorumque pontificum jussionibus inoboedientes vel contumaces<sup>□</sup> existunt, dicemus hæc in exemplum, sicut audivimus a magistro nostro ipso beato Petro apostolo. Dominus noster Jesus Christus mittens apostolos<sup>□</sup> suos duodecim<sup>wwwwwww</sup>, et postea septuaginta<sup>xxxxxxx</sup> duos ad predicandam pacem, precepit eis dicens: *In quamcumque civitatem aut domum introieritis, dicite<sup>□</sup>: « Pax huic domui ! » Et si quidem, inquit, ibi fuerit filius pacis, veniet super eum pax vestra. Si vero non fuerit, pax vestra ad vos reverteretur<sup>□</sup>.*<sup>461</sup> *Exeuntes autem de domo vel de civitate illa, etiam pulverem qui adhæserit<sup>□</sup> pedibus vestris excutite* super eos ! *Tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorreorum in die judicii, quam illi civitati vel domui.*<sup>462</sup> Quod utique ita fieri precepit, si prius in civitate vel domo veritatis sermo predicetur, ex quo vel recipientes veritatis fidem filii pacis et filii Dei fiant, vel non recipientes arguantur<sup>□</sup> quasi inimici pacis et Dei.<sup>463</sup>

4. Ita ergo et nos Domini<sup>□</sup> instituta sectantes, pacem primo<sup>□</sup> proponamus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba non suscipit neque adquiescit veritati, scimus adversus eum pugnam verbi movere et urguere acrius confutando ignorantiam, et redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum. Ab eo autem qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et si iterum in mandatis habemus ut venientes ad civitatem discamus prius quis in ea dignus sit ut apud eum cibum sumamus, sicut doctor noster beatus Petrus, veniens R o m a m cum propinquo suo Marciale, interrogavit quis in ea dignus esset, et a Marcello consule R o m a n o r u m una cum condiscipulo suo memorato et multis discipulis eorum

<sup>459</sup> Matth. 28, 20.

<sup>460</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXXI : ipse verus propheta ab ; seculum currens, festinat ad requiem ; diebus nobis, et ; corrigit nos, ut.

<sup>461</sup> Luc. 10, 5-6 : requiescet super illam pax vestra. Sin autem ad vos revertetur.

<sup>462</sup> Matth. 10, 14-15 : Exeuntes foras de ; pulverem de p.

<sup>463</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXXI : contumaces eis existunt ; mittens discipulos suos, precepit nobis d. ; introieritis, dicamus (*sed dicite B, D, S*) ; vos revertetur ; qui adhæsit (*sed adhæserit B, D, P, S*) pedibus vestris excutiamus s. ; recipientes arguant (*sed arguantur B, D, S*) q.

receptus est in hospitio,<sup>464</sup> quanto magis convenit noscere quis qualisve sit is cui immortalitatis<sup>□</sup> verba credenda sunt? Solliciti enim valde esse debemus, ne *margaritas* nostras mittamus *ante porcos*.<sup>465 466</sup>

5. Sed et alias ob causas utile est nos digni et idonei<sup>□</sup> viri habere notitiam. Si enim sciamus<sup>□</sup> quia in his de quibus nemo<sup>□</sup> potest dubitare quod bona sint emendatus est, et inculpabilis, hoc est si sobrius, si misericors<sup>□</sup>, si justus, si mitis et humanus est, quæ utique bona esse nullus ambigit, tunc consequens videbitur ut ei qui optinet bona virtutum, etiam quod est<sup>□</sup> fidei et scientiæ conferatur, et in quibus maculari videtur ejus vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his que<sup>yyyyyy</sup> palam sunt peccatis involutus permanet et inquinatus, non nos<sup>□</sup> oportet aliquid de secretioribus et remotis divinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari et convenire eum ut peccare desinat, et actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se et provocaverit<sup>□</sup> nos dicere quæ eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nichil omnino respondere auditorum causæ utile non videtur, ne forte æstimet<sup>□</sup> nos responsionis penuria declinare certamen, et fides auditorum<sup>□</sup> lædatur non intelligentia propositi nostri.<sup>467</sup>

6. Dicamus de christianis qui honestos non habent mores, ut ædificationem possint accipere ex nostris verbis. Magna contumelia et grave omnibus<sup>□</sup> erit peccatum qui<sup>zzzzzz</sup> ita desipiunt, ut videamus eum qui idola colit esse sobrium; ille<sup>□</sup> qui Deum colit sobrius esse recuset. Non hoc sit inter nos, sed magnum habeamus studium, ut si illi qui errant homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nos ne concupiscamus quidem alienam mulierem. Si pagani<sup>□</sup> amant proximos suos, nos diligamus etiam inimicos nostros. Si illi mutuo dant his qui habent unde reddant, nos etiam his demus a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos, qui æterni seculi hæreditatem<sup>aaaaaaaa</sup> speramus, debemus precellere eos qui presens tantum seculum norunt<sup>□</sup>. Scientes quia si opera illorum nostris operibus collata in die iudicii similia

<sup>464</sup> *Vita Martialis*. II IV : Ingressi itaque R., recepti sunt in hospitium a.

<sup>465</sup> Matth. 7, 6 : margaritas vestras mittatis.

<sup>466</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXXII : nos magistri i. ; pacem proponamus (*sed* primo proponamus B, D, P, S) a. ; cui mortalitatis (*sed* immortalitatis D, P, S) v.

<sup>467</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXXII : est me hujus v. ; enim sciam q. ; quibus non potest dubitari q. ; misericors est, si (*sed* misericors, si B, D, P, S) ; quod deest f. ; non me o. ; et provocavit (*sed* provocaverit D, P, S) n. ; forte æxistimet (*sed* æstimet B, D, P, S) n. ; fides eorum l.

inveniantur et paria, confusio nobis erit, quod æqua-[fol. 127]-les invenimur in operibus his qui propter ignorantiam condempnantur, et nullam spem futuri seculi habuerunt. Et vere digna confusio est, ubi nichil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit æquales his inveniri in operibus bonis, quid erit nobis si inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat ?<sup>468</sup>

7. Audiamus<sup>□</sup> ergo Dominum de his, sicut ipse nos docet<sup>□</sup>, et vitam æternam consequemur. De his autem qui neglegunt audire verba sapientiæ, ita Dominus ait : *Regina austri surget in iudicio cum generatione hac, et condempnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce hic plus quam Salomon, et non audiunt.*<sup>469</sup> De his vero qui de malis actibus gerere pænitentiam<sup>□</sup> detrectant, ait : *Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione hac, et condempnabunt eam, quia pænitentiam egerunt in predicatione Jonæ. Et ecce hic plus quam Jona.*<sup>470</sup>

Videmus<sup>□</sup> ergo quomodo eos qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, et ostendens eos nec illis æquales esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condempnatos. Ex quibus omnibus sermo quem proposuimus approbatur, ut castimonia quæ aliquatenus etiam ab his qui in errore sunt positi custoditur, multo plurius et attentius et per singulas quasque sicut supra ostendimus species, a nobis qui veritatem sequimur teneatur, eo magis quo apud nos observantiæ ejus premia æterna sunt posita. Aliter enim nemo salvus esse poterit, nisi his observationibus pro viribus operam dederit. Deus omnes se diligentes<sup>□</sup> in sua voluntate unumquemque in suo ordine semper custodiat, et sibi placere in omnibus concedat, in Christo Jesu domino nostro. Amen.<sup>471</sup>

<sup>468</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXXIII : grave nobis erit peccatum si ita desipiamus, et (*sed* ut *D, S*) v. ; s., nos qui Deo (*sed* Deum *B, D, P, S*) colimus sobrii esse recusemus ; Si illi a. ; seculum noverunt (*sed* norunt *S*).

<sup>469</sup> Matth. 12, 42 : generatione ista.

<sup>470</sup> Matth. 12, 41 : generatione ista.

<sup>471</sup> PS. ISID., *Clementis tertia* LXXIII : Audite ergo verus propheta de ; nos docuerit. Ad eos autem ; Ad eos vero ; gerere sapientiam (*sed* pænitentiam *B, P, S*) detractabant (*sed* detractant *P*). Viri (*sed* ait. Viri *B, D, P, S*) ; Videtis ergo ; Deus vos in.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS, AD PÆNITENTIAM  
agendam.**

*Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem episcoporum et sanctæ  
Ecclesiæ.*

**[XLV]**

1. Oportet omnes doctores qui ad salutem animarum instituti<sup>□</sup> sunt, et ad lucrandas animas episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, et errantes ad viam veritatis, et ad portum salutis reducere<sup>□</sup>. Et si propter rebelles sæculares qui circa eos forte sunt, in aliquo fideles errasse contigerit, melius tamen est redire ad veritatis viam, quam diutius in ipso errore<sup>bbbbbbb</sup> perdurare. Episcopi autem quoscumque de his qui eos ad iracundiam vel errorem provocant<sup>□</sup>, vel de his qui adhuc verbum predicationis non audierunt possunt<sup>□</sup>, secum assumant, et ad viam veritatis reducant<sup>□</sup>, ne infructuosi sed fructuosi Domino inveniatur<sup>□</sup>. Et quoniam quidem sicut terra<sup>□</sup> cultore neglecta spinas et tribulos necessario producit, ita sensus fidelium<sup>□</sup> longi temporis incuria multas et noxias opiniones rerum, et intelligentias falsæ scientiæ germinat et opera prava<sup>□</sup>, opus est semper multa diligentia ad excolendum jus<sup>□</sup> mentium christianarum<sup>ccccccc</sup>, ut sermo veritatis, qui est<sup>□</sup> verus et diligens cordis colonus, assiduis excolat disciplinis.<sup>472</sup>

2. Clericis<sup>□</sup> ergo et laicis est prebere oboedientiam episcopis suis<sup>ddddddd</sup>, et occupationes ac sollicitudines superfluas amputare, ne bona<sup>□</sup> verbi semina enecet noxium germen. Potest enim fieri ut multi temporis neglegentiam brevis et assidua reparat diligentia. Incertum est uniuscujusque vitæ tempus, et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina preveniat. Et ob hoc acrius innitendum est ut dum est temporis spatium, collecta malæ consuetudinis vitia resecentur. Quod

---

<sup>472</sup> PS. ISID., *Clementis quarta LXXIV* : instituti et sunt (*sed* instituti sunt *B, D, P, S*) ; salutis adducere (*sed* reducere *B, D, P, S*). Et licet propter gentes quæ circa vos sunt, in medio vos e. ; qui vos errare fecerunt, v. ; audierunt potestis vobiscum assumite, et ; veritatis reducite, ne ; Domino inveniimini ; terra a cultore (*sed* terra cultore *B, D, S*) ; sensus vester l. ; scientiæ germinavit, o. ; excolendum rus (*sed* jus *B*) mentis vestræ, ut hic sermo, veritatisque verus (*sed* veritatis, qui est verus *B, D, P, S*).

non aliter quis facere potest<sup>□</sup>, nisi ut irascatur quodam modo adversum semetipsum<sup>□</sup>, pro his quæ inutiliter gessit<sup>□</sup> ac turpiter.<sup>473</sup>

3. Hæc enim est justa et necessaria iracundia ut unusquisque in his<sup>□</sup> quibus erravit et perperam gessit indignetur, et semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili inmissus, consumptis et excoctis radicibus pessimæ voluptatis<sup>□</sup>, bono semini verbi Dei fecundiorum cordis preparat<sup>□</sup> glebam. Satis autem dignas habemus<sup>□</sup> causas iracundiæ, ex quibus justissimus ignis iste coalescat in unoquoque<sup>eeeeee</sup>, si consideret de se unusquisque qui<sup>ffffff</sup> erravit<sup>□</sup> in quantos se errores deduxerit ignorantiae malum, quantosque lapsus et quanta præcipitia ad peccandum dedit, a quantis eum<sup>□</sup> bonis<sup>gggggg</sup> abstraxit, et in quæ precipitavit mala, et quod est super omnia gravius, quod eum<sup>□</sup> in futuro seculo æternis pænis obnoxium<sup>hhhhhh</sup> facit<sup>□</sup>. Pro his pravitatibus<sup>□</sup> ubi christianis lumen veritatis effulget, ignis justissimæ indignationis accenditur, et iracundiæ Deo placitæ intra eos<sup>□</sup> consurgit incendium, quo consumatur et radicitus intereat omne germen, si quid<sup>□</sup> forte intra eos male concupiscentiæ pullulavit.<sup>474</sup>

4. Unde et ipse qui misit discipulos suos non solum duodecim<sup>iiiiiii</sup>, sed et alios multos<sup>□</sup> cum venisset, et omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse, non continuo ei pacem in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis. Sed ignorantiae ejus ruinas, scientiam veritatis opposuit. Ut si qui forte resipiscerent, et lumen veritatis aspicerent, deceptos se et in precipitia erroris abstractos merito dolerent, et iracundiæ salutaris ignem adversus deceptricem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat : *Ignem veni mittere in terram, quem volo ut accendantur.*<sup>475</sup> Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita.<sup>476</sup>

5. Sermo enim veritatis et scientiæ necessario separat homines ab errore et ignorantia, sicut sæpe videmus putrefactas et mortuas corporis carnes a conexione viventium membrorum ferro secante<sup>□</sup>

<sup>473</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXIV : Vestrum ergo est ; ne bonum verbi semen enecet nocivum (*sed noxium B*) g. ; facere poteritis, nisi ut irascamini q. ; adversum vosmetipsos p. ; inutiliter gessistis ac.

<sup>474</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXV : his in quibus (*sed his quibus S*) ; pessimæ voluntatis (*sed voluptatis B, P*), b. ; cordis preparat (*sed preparat B, P*) glebam puto, et s. ; dignas habeatis c. ; si consideretis in quantos vos e. ; quantis vos b. ; quod vos in ; obnoxios fecit ; his omnibus ubi vobis lumen veritatis effulsit, i. ; intra vos c. ; g., sicut (*sed si quod B, D, P, S*) forte intra vos m.

<sup>475</sup> Luc. 12, 49.

<sup>476</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXV : misit nos c.

separari. Tale ergo aliquid est quod agit<sup>□</sup> veritatis agnitio. Necesse est enim ut salutis causa, filius verbi gratia qui sermonem receperit veritatis a parentibus separetur incredulis, aut rursus pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos et consanguineos credentes atque incredulos, scientiæ atque ignorantiae, veritatisque et erroris pugna consurgit.<sup>477</sup>

6. Et ob hoc iterum dicebat qui multos discipulos<sup>□</sup> misit : *Non veni pacem mittere in terra, sed gladium.*<sup>478</sup> Quod si dicit aliquis : « Et quomodo justum videtur separari filios a parentibus ? », audi quomodo. Quia si cum ipsis sine<sup>□</sup> errore permaneant, neque illis proderunt, et ipsi cum illis pariter interibunt. Justum igitur valde est separari eum qui se dari<sup>□</sup> vult Deo, ab eo qui non vult. Sed et illud advertendum<sup>□</sup> quia non ex illis qui rectius intelligunt venit ista separatio. Illi enim vellent<sup>□</sup> esse et pariter prodesse his, et docere<sup>iiiiiii</sup> meliora ; isti autem nolunt recipere veritatem, quæ est in Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.<sup>479</sup>

---

<sup>477</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXV : ferro secantes (*sed* secante *D, S*) s. ; quod ait (*sed* agit *D, P, S*) v.

<sup>478</sup> Matth. 10, 34 : in terram.

<sup>479</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXVI : qui nos m. ; ipsis in e. ; qui salvari (*sed* sedari *B, P*) v. ; illud averte q. ; enim volunt (*sed* velint *B*) e.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.**

***Dicta Beati Clementis, urbis Romæ episcopi, contra ignorantiam, ad informationem<sup>kkkkkkkk</sup> Ecclesiæ.***

**[XLVI]**

1. Proprium ignorantiae vitium est ut confutantes se veritatis lucem non ferat habere de proximo, et ideo ex ignorantibus<sup>□</sup> ista nascitur separatio, ut filius a patre, propinquus a parente separetur, illa separatione qua Dominus dixit: *Veni separare hominem a patre, et filiam a matre, et nurum a socru, et inimici hominis, domestici ejus*, et reliqua...<sup>480</sup> Nam qui scientiam veritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tamquam ab ipso bono Deo datam<sup>llllllll□</sup>, cupiunt eam, si fieri potest, cum omnibus habere communem, etiam cum his qui oderunt eos et persequuntur. Sciunt enim quia peccatum ipsorum causa<sup>mmmmmmmm</sup> ignorantiae est. Propterea denique<sup>□</sup> ipse magister apostolorum dominus, cum ab his qui ignorabant eum duceretur ad crucem, orabat<sup>nnnnnnnn</sup> Patrem pro interfectoribus suis et dicebat: *Pater, dimitte his peccatum!* Nesciunt enim quid faciunt.<sup>481</sup> Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi post ascensionem Domini cum paterentur, pro persecutoribus et interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est orare etiam pro interfectoribus et persecutoribus nostris, quomodo non etiam parentum et propinquorum persecutiones ferre, et pro conversione eorum orare credimur?<sup>482</sup>

2. Tum deinde etiam illud diligentius consideremus quæ sit nobis causa parentes diligendi. Pro eo, inquit, quod<sup>□</sup> vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam prebent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium. Auctor autem vitæ nostræ unus et solus est Deus. Si ergo auctorem vitæ nostræ diligere volumus, ipsum

<sup>480</sup> Matth. 10, 35 : h. adversus patrem suum et filiam adversus matrem suam et nurum adversus socrum suam.

<sup>481</sup> Luc. 23, 34 : dimitte illis ! Non sciunt.

<sup>482</sup> Ps. ISID., *Clementis quarta* LXXVI : ex illis i. ; Deo datum (*sed datam B, D, S*), c. ; Propterea quod (*sed denique P*) i.



nobis esse vere diligendum sciamus. [fol. 127v] Sed Deum<sup>□</sup>, inquit aliquis infidelium, cognoscere non possumus<sup>□</sup>; parentes autem nostros et novimus, et in affectu habemus. Esto, non potest quis<sup>□</sup> cognoscere rationabilis homo quis sit Deus; qui tamen non sit Deus perfacile per rationem potest<sup>□</sup>. Non enim potest latere hominem rationabilem quod lignum aut lapis aut æs, vel alia hujusmodi materia non sit Deus<sup>□</sup>. Quod si in his quæ facile deprehendere homo rationabilis potest<sup>□</sup>, animum ad discutiendum non vult<sup>□</sup> intendere, certum est quia in agnitione Dei impeditus est<sup>□</sup>, non impossibilitatis sed ignaviæ<sup>□</sup> vitio.<sup>483</sup>

3. Nam si vult rationabilis homo<sup>□</sup>, ex his ipsis inutilibus simulacris profecto accipit<sup>□</sup> intelligentiæ viam. Certum enim est quia per ferrum facta sunt simulacra. Ferrum vero per ignem confectum est. Qui ignis aqua extinguitur. Aqua autem per spiritum movetur. Spiritus autem a Deo initium habet. Sicut dicit<sup>□</sup> Moises propheta: *In principio, fecit Deus cælum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ erant super faciem abissi, et spiritus Dei erat super aquas.*<sup>484</sup> Qui spiritus jussu Dei, quasi ipsa conditoris manus, separavit *lucem a tenebris.*<sup>485</sup> Trinitas enim, Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus, omnia creavit. Et post illud invisibile<sup>□</sup> cælum istud visibile produxit ut superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus.<sup>486</sup>

4. Propter hominem<sup>□</sup> ergo, jussu Dei aqua quæ erat super faciem terræ secessit, ut terra homini<sup>□</sup> produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut homini<sup>□</sup> ex ea profluerent fontes et flumina. Propter hominem<sup>□</sup> producere jussa est animantia, et omnia quæ humano<sup>□</sup> usui voluntatique servirent. Aut<sup>□</sup> non propter hominem venti spirant, ut ex ipsis concipiens fructus, hominibus<sup>□</sup> terra parturiat? Non propter hominem<sup>□</sup> himbres profluunt, et tempora vicissitudines mutant? Propter hominem<sup>□</sup> sol oritur et occidit, et mutationes luna perpetitur. Propter hominem<sup>□</sup>

<sup>483</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXVII: inquit, quia (*sed* quod *B, D, P, S*) v.; Sed illud (*sed* illum *B, S*), inquit, c.; non potuimus, istos a.; non potuistis cognoscere quid sit Deus, quid (*sed* qui *B, D*) t.; perfacile scire potuistis. Nam quomodo potuit l.; sit. Quod (*sed* Deus. Quod *P, S*); deprehendere potuistis a.; d. voluistis (*sed* nolulistis *B, S*) intendere; Dei impediti estis, n.; sed ignavi (*sed* ignaviæ *D, S*) v.

<sup>484</sup> Gen. 1, 1-2: principio creavit D.; erat inanis et vacua et; Dei ferebatur s.

<sup>485</sup> Gen. 1, 4: divisit lucem.

<sup>486</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXVIII: si voluissetis, ex; profecto accepissetis i.; Sic enim dixit (*sed* dicit *B, D, P, S*) M.; illud invisibile (*sed* invisibile *D, P, S*) cælum istum (*sed* istud *B, D, P*) v.

mare exhibet famulatum suum, ut **hominibus**<sup>oooooooo</sup> ingratis cuncta subiaceant. Nonne pro his omnibus justa erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia et agnoscere et venerari omnes homines debent<sup>□</sup>, solum pre cæteris ignorant<sup>□</sup> ?<sup>487</sup>

5. Sed et nunc ad aliam<sup>□</sup> intellegentiam homines<sup>pppppppp</sup> qui rationem habent ducamus. Videmus etenim quod omnia gignuntur ex aquis. Aqua vero, per unigenitum Dei patris filium, ex initio facta est. Unigeniti vero Deus omnipotens caput est, hoc est Pater est qui semper est Pater<sup>qqqqqqqq</sup> et numquam fuit sine Filio, per quem filium Dei dominum nostrum Jesum Christum<sup>□</sup> pervenitur<sup>mmmm</sup> ad cognitionem Dei patris omnipotentis et Spiritus Sancti. Cum autem pervenerit quis ad cognitionem sanctæ Trinitatis, quæ est unus Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus<sup>□</sup>, agnoscat hanc esse voluntatem Dei patris<sup>□</sup> ut per aquas quæ primæ creatæ sunt, omnes homines denuo renascantur<sup>□</sup>. Qui enim regeneratus fuerit per aquam bona credulitate sive bonis operibus repletus, hæres efficitur ejus a quo in incorruptione generatus est. Propter quod paratis animis<sup>□</sup> accedant omnes homines ad Deum quasi filii ad patrem, et baptismum accipiant, ut peccata eorum<sup>□</sup> diluantur, et causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem Dei permanet quis<sup>□</sup> in incredulitate, ipsi sibi perditionis suæ<sup>ssssssss</sup> causa et non ignorantia reputabitur.<sup>488</sup>

6. Nemo autem putet<sup>□</sup> quod etiam si omnem pietatem quis coluerit<sup>□</sup>, omnemque justitiam, baptismum vero non accipit<sup>□</sup>, spem possit habere apud Deum. Immo majore poena dignus erit<sup>□</sup> qui bona opera non bene operatus est<sup>□</sup>. Confertur enim meritum boni<sup>□</sup> hominis<sup>tttttt</sup> ex bonis gestis, sed si ita gerantur sicut Deus jubet. Deus autem jussit omnem colentem se baptismo consignari. Propter hæreticos qui negant baptismum, dicimus ista. Nam qui baptismum rennuerint<sup>□</sup>, et suæ

<sup>487</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXVIII : Propter vos e. ; terra vobis p. ; ut vobis ex ; Propter vos p. ; quæ vestro u. ; An (*sed* Aut B, D, P, S) non propter vos v. ; f., vobis terra ; propter vos h. ; Propter vos s. ; Propter vos m. ; ut vobis i. ; venerari debuistis, s. ; cæteris ignoratis ?

<sup>488</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXVIII : nunc hisdem (*sed* per idem B, D) adhuc ejus intellegentiam vos duco. Videtis e. ; quem tali ordine ut supra diximus pervenitur ad patrem ; autem perveneritis, agnoscite h. ; voluntatem ejus ut ; denuo renascamini ; quod parato animo (*sed* paratis animis B, D, P, S) accedite q. ; peccata vestra d. ; agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis jam perditionis vestræ c.

voluntati magis quam Dei obtemperaverint<sup>□</sup>, contrarii sine dubio et inimici sunt<sup>□</sup> voluntati Dei. Sed aliquis hæreticorum vel gentilium fortasse dicit<sup>□</sup> : Quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum ? Nos veritatem dicamus : Primo quidem, quia quod Deo placuit impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis, et Deo renato<sup>□</sup>, fragilitatis prioris nativitatis quæ homini<sup>□</sup> per hominem facta est amputatur, et ita pervenire possunt<sup>□</sup> ad veram salutem. Aliter autem, impossibile est. Sic enim cum sacramento<sup>□</sup>, Dominus protestatus est<sup>uuuuuuuuuu</sup> discipulis suis dicens : *Amen dico vobis ; nisi quis renatus fuerit ex aqua viva, non introibit in regnum cælorum.*<sup>489</sup> Et ideo omnes qui non baptizati sunt accelerent baptismum<sup>□</sup>. Est enim in aquis istis misericordia ejus quædam, quæ ab initio ferebatur super eas, et agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, et eripit eos de suppliciis futuris, quasi donum quoddam offerens Deo, animas per baptismum consecratas. Confugiant<sup>□</sup> ergo omnes ad aquas istas : solæ sunt enim quæ possint<sup>□</sup> vim futuri ignis extinguere. Ad quas si<sup>□</sup> quis moratur accedere, constat in eo infidelitatis adhuc idolum permanere, et ab ipso prohiberi ad aquas quæ salutem conferunt properare. Sive enim justus, sive sit injustus, baptismum per omnia necessarium est. Justo quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, et regeneretur Deo<sup>□</sup>. Injusto vero, ut peccatorum quæ gessit remissio concedatur, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.<sup>490</sup>

<sup>489</sup> Joh. 3, 5 : dico tibi ; aqua et spiritu non potest introire in regnum Dei.

<sup>490</sup> Ps. ISID., *Clementis quarta* LXXIX : Nec putetis quod ; pietatem colatis, o. ; non accepistis (*sed accipitis B, P*), spem possitis h. ; poena digni eritis q. ; bene operati estis ; meritum homini (*sed boni hominis D, S*) ; Quod si vos renueritis et vestræ voluntati ; Dei obtemperetis, c. ; inimici estis voluntati ejus ; fortasse dicetis (*sed dicitis B, D, S*) ; Deo fragilitas (*sed renato fragilitas B, P*) p. ; quæ vobis p. ; pervenire poteritis ad ; enim verus (*sed cum sacramento verus B, D, P, S*) propheta testatus est ; ideo accelerate ; Confugite ergo ; quæ possunt v. ; quas qui (*sed quisquis D, S*) m. ; regeneretur. Injusto (*sed Deo. Injusto B, D, P, S*).

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.**

***Dicta beati Clementis papae ad ædificationem Ecclesiæ, de baptismo et munditia.***

**[XLVII]**

1. Sicut omnibus festinandum est sine mora renasci Deo, et demum consignari ab episcopo, id est septiformem gratiam Spiritus Sancti percipere, quia incertus est uniuscujusque exitus vitæ, ita omnes post baptismum in sanctitate oportet persistere, ut possint regnum cælorum adipisci. Cum enim<sup>vvvvvvv</sup> quis regeneratus fuerit per aquam, et postmodum septiformis spiritus gratia ab episcopo ut memoratum est confirmatus, quia aliter perfectus esse christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate sed incuria aut voluntate remanserit, ut a beato Petro<sup>□</sup> accepimus, et<sup>□</sup> cæteri sancti apostoli precipiente Domino docuerunt, et demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem ejus qui eum genuit Patris.<sup>491</sup>

2. Posthac vero, agnoscat Deum honorare. Honor autem ejus est ut ita vivat sicut ipse vult. Vult autem<sup>□</sup> Deus unumquemque ita vivere, ut homicidium et adulterium nesciat, odium et avaritiam fugiat, iram, superbiam, jactantiam respuat et exsecretur<sup>□</sup>, invidiam quoque et cætera his similia penitus a se ducat aliena.<sup>492</sup>

3. Est sane propria quædam christianæ<sup>□</sup> religionis observantia, quæ non tam imponitur ab hominibus, quam proprie ab unoquoque Deum colente causa puritatis expetitur. De castimoniam dico cautela, cujus species multæ sunt, sed primo ut observet unusquisque ne menstruatæ mulieri misceatur. Hoc enim execrabile ducit lex Dei. Quod et<sup>□</sup> si lex de his non admonisset<sup>□</sup>, homines ut canthari libenter volverentur<sup>□</sup> in stercore. Debet homo<sup>□</sup> aliquid amplius habere animalibus, utpote rationabiles homines, et cælestium sensuum capaces.<sup>493</sup>

<sup>491</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXIX : Petro apostolo accepimus (*sed* Petro accepimus *D, S*) ut (*sed* et *B, D, S*) c.

<sup>492</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXX : Vult enim (*sed* autem *B, D, S*) u. ; respuat ut et secretum (*sed* et exercetur *B, P, S*).

4. Quibus summi studii esse debet ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. Bonum est autem et puritati conveniens etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico, non quasi principale illud in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc in quo caro diluitur. Sic enim et magister apostolorum dominus Jesus<sup>□</sup> quosdam Phariseorum et scribarum qui videbantur esse cæteris meliores et a vulgo separati increpabat, dicens eos hipocritas, quia ea<sup>□</sup> solummodo quæ hominibus videbantur purificabant, corda vero, quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant et sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes dicebat : *Væ vobis scribæ et Pharisei hipocritæ, quia mundatis calicis et parapsidis, quod deforis est, intus autem plena sunt sordibus ! Pharisee cæce, munda prius quod intus est, et quod deforis est erit mundum !*<sup>494</sup> Vere enim si mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam ejus qui deforis est hominis ipsa necessario curam gerit, id est carnis suæ, ut et<sup>wwwwwww</sup> ipsa purificetur. Ubi autem ista quæ deforis est purificatio carnis negligitur, certum est ibi neque de puritate [fol. 128] mentis ac munditia cordis curam gerit. Ita ergo fit ut is qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio et extrinsecus. Non semper autem is qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hæc, ut hominibus placeat.<sup>495</sup>

5. Sed et illa species castimoniæ observanda est uti ne passim et libidinis solius causa feminis coeatur, sed posteritatis reparandæ<sup>□</sup> gratia. Quæ observantia cum etiam in nonnullis pecudibus inveniatur, pudori est si non ab hominibus<sup>□</sup> rationabilibus et Deum colentibus observetur. Ergo *omnes peccaverunt, et egent auxilio Dei.*<sup>496</sup> Propter quod sectentur omnes<sup>□</sup> *caritatem* semper, et æmulentur<sup>□</sup> meliora et *spiritualia*,<sup>497</sup> et adjuvent se omnes episcopi, clerici et laici<sup>□</sup> invicem, ut Deo semper in omnibus placere valeant<sup>□</sup>, per Jesum Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.<sup>498</sup>

<sup>493</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXXI : quædam nostræ r. ; Quod si (*sed et si B, D, S*) ; non admonisset (*sed admonuisset D, S*), nos ut ; libenter voveremur in ; Debemus aliquid.

<sup>494</sup> Matth. 23, 25-26 : intus autem pleni sunt rapina et inmunditia.

<sup>495</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXXI : magister noster q. ; quia eo (*sed ea S*) s.

<sup>496</sup> Rom. 3, 23 : Omnes enim ; egent gloria.

<sup>497</sup> cf. I Cor. 14, 1 : Sectamini caritatem, æmulamini spiritualia.

<sup>498</sup> PS. ISID., *Clementis quarta* LXXXI : posteritatis reparanda (*sed reparandæ B, D, P, S*) g. ; ab omnibus (*sed hominibus B, P, S*) r. ; quod sectamini c. ; et æmulamini m. ; et adjuvate vos i. ; placere valeatis.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI CLEMENTIS.**

***Dicta beati Clementis ad instructionem Ecclesiae et clericorum sive monachorum, de communi vita, ut nihil proprium clerici sive monachi habeant.***

**[XLVIII]**

1. Dilectissimis fratribus et condiscipulis, Hierosolimis cum karissimo fratre Jacobo coepiscopo habitantibus, Clemens episcopus.<sup>499</sup>
2. Communis vita omnibus est necessaria, et maxime his qui Deo inreprehensibiliter militare cupiunt, et vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim usus omnium quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc<sup>□</sup> suum dicit esse, et alius illud, et sic inter mortales facta divisio est. In solis uxoribus proprietas sit, ne reatus adulterii (quod absit !) polluat terram. Nam reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum dividi non debere dicimus ad iniquam proprietatem<sup>□</sup>, sed habenda esse communia, sicut non potest dividi aer neque splendor solis, sed hæc omnes communiter habent.<sup>500</sup>
3. De tali communitate, Dominus per prophetam loquitur dicens : *Ecce quam bonum et quam jocundum habitare fratres in unum*, et reliqua...<sup>501</sup> Istius consuetudinis more retento, apostoli eorumque discipuli una cum habitantibus secum<sup>□</sup> communem vitam duxere. Unde bene novimus<sup>□</sup> quia *erat multitudinis credentium cor unum et anima una. Nec quisquam eorum<sup>□</sup> quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant omnibus<sup>□</sup> omnia communia,<sup>502</sup> nec quisquam egens erat inter eos<sup>□</sup>*. Omnes vero qui domos vel agros possidebant vendebant eos, et precia eorum et

<sup>499</sup> Ps. ISID., *Clementis quinta* LXXXII.

<sup>500</sup> Ps. ISID., *Clementis quinta* LXXXII (*sed in alio ordine*) : alius suum (*sed hoc suum B, D, S*) dixit (*sed dicit B, D, P, S*) e. ; debere, inquit, s.

<sup>501</sup> Ps. 132, 1.

<sup>502</sup> Act. 4, 32 : erant illis.

reliquas res quas habebant *afferebant* ponentes *ante pedes apostolorum*<sup>503</sup>, et *dividebatur* *singulis prout cuique opus erat*.<sup>503</sup> ‘Ananias autem, vir austerus, et Saphira, uxor ejus, qui de precio agrorum suorum quos vendiderant mentiti sunt apostolis<sup>504</sup>, in conspectu omnium circumstantium a conspectu apostolorum propter peccatum<sup>505</sup> et mendatium quod fecerunt mortui delati sunt ambo.’<sup>504</sup> Caetera quæ de eorum similibus<sup>505</sup> cognovimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt.<sup>505</sup>

4. In quibus autem congregationibus non est cor unum et anima una in Domino, nec communis vita est ; nam etsi res exteriores communes sunt illis, non est tamen unitas fraternitatis in eis, nisi unum cor et animam unam cuncti habeant in Domino.<sup>506</sup> Quod vero quis proprium quasi possidet<sup>xxxxxxx</sup>, si tamen congrue ceteris ministrat quasi commune, non proprium sed commune videtur. Quapropter omnibus fratribus<sup>506</sup> hæc cavenda mandamus, et doctrinis et exemplis apostolorum oboedire precipimus. Quia hi qui eorum mandata postponunt, non solum rei sed et extorres fiunt. Itaque hæc<sup>507</sup> omnibus cavenda, et predicanda sunt. De his autem qui adversantur sanis doctrinis, et prout eis videtur, non secundum traditionem patrum<sup>507</sup>, sed juxta suum sensum docere videntur, et secundum ingenium<sup>507</sup> humanum multas ex his quæ legunt veri similitudines capiunt, satis dolemus.<sup>507</sup>

5. Et ideo omnibus diligenter observandum est ut lex Dei cum legitur, non secundum propriam<sup>yyyyyyy</sup> ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis divinis quæ possunt trahi ad eum sensum quem sibi unusquisque sponte *presumit*<sup>508</sup>, sed fieri non oportet. Non enim sensum aliquem extrinsecus adulteriis<sup>508</sup> alienum et extraneum debet quis<sup>508</sup> quærere, aut

<sup>503</sup> cf. Act. 4, 34-35 : inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant et ponebant.

<sup>504</sup> cf. Act. 5, 1 : Ananias autem, vir quidam, cum Saphira, uxore sua, vendidit agrum et fraudavit de pretio agri, conscia uxore sua...

<sup>505</sup> PS. ISID., *Clementis quinta* LXXXII : una nobiscum et vobiscum c. ; bene nostis, erat multitudinis eorum c. ; eorum aut nostrum de his q. ; erant illis et nobis o. ; inter nos ; apostolorum (...), et dividebant (*sed* dividebantur B, S) s. ; apostolis, nobis presentibus, in ; peccatum eorum et ; quæ talia (*sed* de talibus B, D, P, S) cognovimus et vidimus, n.

<sup>506</sup> cf. Act. 4, 32 : multitudinis autem credentium erat cor et anima una, nec quisquam eorum que possidebant aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

<sup>507</sup> PS. ISID., *Clementis quinta* LXXXIII : Quapropter vobis h. ; Quæ non solum vobis cavenda sed omnibus predicanda ; traditionem patris (*sed* patrum S), sed justa (*sed* juxta D, P, S) s. ; videntur ingenio (*sed* secundum ingenium D, S) hominum m.

quomodo ipsum scripturarum auctoritate confirmet<sup>□</sup>, sed ex ipsis scripturis sensum capiamus<sup>□</sup> veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum qui eam<sup>□</sup> a majoribus secundum veritatem sibi traditam servat, ut et ipse possit ea quæ recte suscepit competenter asserere. Cum autem ex divinis scripturis integram quis et firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis quæ forte in pueritia attigit ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen ut ubi vera didicit, falsa et simulata declinet.<sup>508</sup>

6. De die autem ultimo cavendo admonemus omnes. Incertum est enim etiam juvenibus vitæ tempus ; senibus autem<sup>□</sup> nec incertum est. Non enim dubitatur quod<sup>□</sup>, quantumcumque est quod putatur superesse, breve sit.<sup>509</sup>

7. Et ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione et pænitentia valde esse sollicitos, et satis agere ut de reliquo ornet animam suam ornamentis dignissimis. Id est dogmatibus veritatis, decore pudicitiae, splendore justitiae, candore pietatis, aliisque omnibus quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Unde consilium dantes prudentiam fratrum<sup>□</sup> hortamur, ut ab apostolicis regulis non recedant<sup>□</sup>. Sed communem vitam in congregationibus ecclesiarum ducentes, et scripturas sacras recte intelligentes, quæ Domino voverunt<sup>□</sup> adimplere satagant. Et oratione assidua cum Dei gratiam meruerint<sup>□</sup>, tunc sine suspitione mali interitus, vota possint celebrare festiva. *Deus* autem *pacis* sit *cum* omnibus fidelibus<sup>□</sup>.<sup>510</sup> Amen.<sup>511</sup>

<sup>508</sup> PS. ISID., *Clementis quinta* LXXXIV : sponte præsumpsit, s. ; extrinsecus attuleris (*sed* adulteriis *B*, *P*) a. ; extraneum debetis q. ; auctoritate confirmetis, s. ; sensum capere v. ; qui etiam (*sed* eam *B*) a.

<sup>509</sup> PS. ISID., *Clementis quinta* LXXXIV : autem jam nec (*sed* autem nec *S*) ; dubitatur quid (*sed* quod *S*), q.

<sup>510</sup> II Cor. 13, 11 : Deus et pacis et dilectionis erit vobiscum.

<sup>511</sup> PS. ISID., *Clementis quinta* LXXXV : prudentiam vestram h. ; non recedatis ; Domino novistis (*sed* vovistis] voverunt *B a. corr*). adimplere satagatis ; gratiam merueritis, t. ; omnibus vobis.



**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPAË.**

Anacletus papa fuit a beato Petro apostolo...

[fol. 128v]

*Dicta beati Anacleti papæ ad instructionem sanctæ Ecclesiæ.*

**[XLIX]**

1. Anacletus, *servus Christi Jesu* in sede apostolica Domino serviens, episcopis omnibus et cæteris cunctis fidelibus, *qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem : gratia illis<sup>□</sup> et pax* atque consolatio multiplicetur a Domino in secula.<sup>512</sup> Gratias agamus benedicto Deo Patri<sup>□</sup> *domini nostri Jesu Christi* omnes ; *qui, sicut ait doctor<sup>zzzzzzzz</sup> noster beatus Petrus apostolus ejus, secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Christi Jesu ex mortuis ; in hæreditatem incorruptibilem et incontaminatam, et inmarcescibilem, conservatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem, in salutem paratam revelari in tempore novissimo in quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis temptationibus ; ut probatio vestræ fidei multo preciosior sit auro, quod<sup>□</sup> per ignem probatur,<sup>513</sup> si tamen in tribulationibus experti, probati inveniamini.*<sup>514</sup>

2. Ad hos<sup>aaaaaaaa</sup> autem qui tribulationes pro Deo sustinent, sit hic sermo *noster<sup>bbbbbbbbb</sup> : Patientes estote, dilectissimi,<sup>515</sup> quia patientia probatione operatur. Probatio vero spem, spes autem non confunditur<sup>□</sup>.*<sup>516</sup> *Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum.*<sup>517</sup> Si agricolæ<sup>e</sup> hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis nos<sup>□</sup> pro æternis patientes esse debemus<sup>□</sup>. Simus ergo *patientes et*

<sup>512</sup> II Petr. 1, 1-2 : Simon Petrus, servus et apostolus Christi Jesu, iis qui ; gratia vobis et pax adimpleatur.

<sup>513</sup> I Petr. 1, 3-7 : Benedictus Deus pater d. ; preciosior auro ; probatur inveniat.

<sup>514</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* 1 : gratia vobis et ; Benedictus Deus pater d. ; auro quando (*sed* quod B, D, P, S) per.

<sup>515</sup> Jac. 5, 7 : Patientes igitur estote, fratres.

<sup>516</sup> Rom. 5, 4-5 : patientia probationem o. ; non confundit.

<sup>517</sup> Jac. 5, 7.

confirmemus<sup>□</sup> *corda nostra*,<sup>518</sup> ut adveniente iudice Christo, læti et probati esse valeamus<sup>□</sup>. Nullus ingemescat *in alterutrum, ut non iudicetur*<sup>□</sup>. *Ecce iudex ante januam adsistit. Exemplum accipiamus*<sup>□</sup>, karissimi, *laboris et patientiæ prophetas*<sup>□</sup> qui locuti sunt in nomine Domini. En<sup>□</sup> beatificamus qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audivimus<sup>□</sup> et finem Domini viderunt multi<sup>ccccccccc</sup> temporibus nostris. Scimus autem quia *miserans et miserator est Dominus*.<sup>519</sup> Tribulationes episcoporum et clericorum<sup>□</sup> audivimus, tam per ipsorum<sup>□</sup> quam per aliorum apocrisarios, super quibus valde dolemus, eisque<sup>□</sup> compatimur, et auxilium ferre, prout ipse largitus fuerit qui pro nobis non solum tribulatus sed etiam passus est, parati sumus. Nullus miretur ministrorum Dei<sup>□</sup> qui persecutiones patitur *quasi novi illi aliquid contingat*<sup>ddddddddd</sup>, *sed communicantes episcopi*<sup>□</sup> *passionibus gaudeamus, ut et in revelatione gloriæ ejus gaudeamus*<sup>□</sup> *exultantes. Si exprobramur in nomine Christi, beati erimus*<sup>□</sup>, *quoniam quod est honoris gloriæ, et virtutis Dei, et qui est ejus spiritus, super sperantes in se*<sup>□</sup> *requiescet. Nemo autem nostrum*<sup>□</sup> *patiatur quasi homicida, aut fur aut maledicus*<sup>□</sup>, *aut alienorum appetitor, si autem ut christianus non erubescat. Glorificemus*<sup>□</sup> *autem Deum in isto nomine, quoniam tempus est ut incipiat iudicium de domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei evangelio ? Et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt ? Itaque hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fidei creatori suo commendant animas suas in benefactis*.<sup>520</sup> Necesse est ut sancta Ecclesia semper in hoc mundo tribulationem patiatur.<sup>521</sup>

<sup>518</sup> Jac. 5, 8 : Estote igitur patientes et vos, et confirmate corda vestra.

<sup>519</sup> Jac. 5, 9-11 : Nolite ingemiscere, fratres, in ; non iudicemini ; Exemplum accipite, fratres ; Ecce beatificamus eos qui ; Job audistis, et ; Domini vidistis. Quoniam m.

<sup>520</sup> I Petr. 4, 12-19 : novi vobis a. ; c. Christi passionibus gaudete, ut ; ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in ; beati eritis, q. ; super vos r. ; autem vestrum patiatur ut h. ; Glorificet autem ; j. a domo ; Itaque et hi ; creatori commendent.

<sup>521</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* I : non confundit ; magis vos pro ; esse debetis. Estote ergo ; et confirmate corda vestra ut ; esse valeatis. Nolite ingemiscere in ; non iudicemini ; Exemplum capite (*sed accipite P, S*) k. ; p. prophetes (*sed prophetas P, S*) qui ; Et (*sed En D, P*) beatificamus eos (*sed beatificamus B*) qui ; Job audistis, et fidem (*sed finem B, D, P, S*) Domini vidistis ; Tribulationes vestras audivimus, fratres, tam per vestros p. ; d., vobisque compatimur ; Nolite mirari, karissimi, qui persecutiones patimini, quasi novi vobis a. ; c. Christi passionibus gaudete, ut ; ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in ; beati eritis, q. ; super vos r. ; autem vestrum p. ; aut maledicus (*sed maledicus S*), aut ; Glorificet autem.

3. Et sicut<sup>□</sup> scribit beatus Clemens antecessor noster, beatus Petrus apostolus dicebat, quod et nos ab eo audivimus, quia similis est omnis ecclesiæ status navi magnæ, quæ per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Est<sup>□</sup> ergo spiritualiter navis hujus dominus et auctor ipse omnipotens Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus ; gubernator vero est<sup>□</sup> Christus Dei filius propter nos carne indutus, qui sponsus est Ecclesiæ suæ sanctæ ; tum deinde prorete officium, episcopus implet<sup>□</sup> ; presbiteri nautarum, diaconi dispensatorum locum tenent<sup>□</sup> ; hi qui catezizant, nautologis conferuntur ; epibatis autem, tocius fraternitatis multitudo est<sup>□</sup> similis ; ipsum quoque mare, hic mundus habetur<sup>□</sup> ; ventorum vero varietates et turbinum, diversis temptationibus conferuntur<sup>□</sup> ; persecutiones, tribulationes, sive pericula, fluctibus exequantur<sup>□</sup> ; terreni vero spiritus qui de torrentibus vel de convallibus spirant, pseudo-prophetarum et seductorum, seu pravæ doctrinæ verba docentur ; promuntoria vero et loca confragosa, hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, et pericula minantur et mortes ; bithalassa<sup>□</sup> vero, id est loca quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, et repromissionum veritate nutantibus conferuntur<sup>□</sup>, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutunt ; ypochritæ vero et dolosi, piratis similes habentur<sup>□</sup> ; jam vero rapidus vortex<sup>□</sup>, et Tartarea Caribdis, et saxis illisa naufragia ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt quam peccata ? Restat igitur ut hæc navis prospero cursu tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere, ut navigantes mereantur audiri, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.<sup>522</sup>

---

<sup>522</sup> PS. ISID., *Anaclei prima* II : Nam ut (*sed* sicut *B, D, P, S*) ait beatus Clemens prædictus (*sed* Clemens *B, D, P, S*) antecessor noster, similis ; Sit ergo ; vero sit Christus ; episcopus impleat, presbiter (*sed* presbiteri *B\*, D, P, S*) n. ; locum teneant ; multitudo sit s. ; mundus habeatur ; temptationibus conferantur ; fluctibus exequentur ; bethalassa (*sed* bithalassa *B, D, S*) vero ; nutantibus conferantur ; similes habeantur ; rapidus vertex (*sed* vortex *D, S*).

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.**

*Dicta beati Anacleti papæ de honore sacerdotum Dei, ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ.*

¶

1. Omnes clerici et laici, sacerdotes suos vice Christi summopere debent venerari. Quod autem valde dolemus, audivimus<sup>523</sup> quod quidam clerici sive laici detrahunt et accusant sacerdotes Dei, cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan quod injuria sacerdotum ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur et vice.<sup>523</sup> Nec hoc aspiciunt quod beatus princeps apostolorum instructor noster, ad ædificationem eorum, his qui fratres detrahunt ait. Ad eos enim qui rebellionem et amaritudinem contra fratres sive majores suos sunt, ait : *Deponentes omnem malitiam et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile<sup>524</sup> sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem !*<sup>524</sup> Et Dominus ad rebellium ædificationem, per prophetam inquit : *Qui vult vitam diligere et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolum, et cetera.*<sup>525</sup> Qui ista transgrediuntur, profecto transgressores legis Dei et contemptores, atque inoboedientes ejus preceptis existunt. Ad tales<sup>525</sup>, Jacobus apostolus scripsit : *Si diligitis proximos sicut vosmetipsos, bene facitis ; si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores.*<sup>526</sup> Et Petrus ac reliqui<sup>526</sup> apostoli, ac predecessor noster Clemens, vir apostolicus et spiritu Dei<sup>526</sup> plenus, una cum reliquis sanctis collegis suis, statuerunt dicentes<sup>526</sup> : *Accusandi vel testificandi licentia denegetur<sup>526</sup>,*

<sup>523</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

cf. etiam supra Sermo in conc. II XXXIX 3, et infra ib. LX 3 et LXX 4.

<sup>524</sup> I Petr. 2, 1-2.

<sup>525</sup> I Petr. 3, 10.

<sup>526</sup> Jac. 2, 8-9 : Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

qui christianæ religionis et nominis dignitatem<sup>eeeeeeeee</sup>, et suæ legis vel sui propositi normam, aut<sup>ffffff</sup> regulariter<sup>o</sup> prohibita neglexerint<sup>eeeeeeeee</sup>.<sup>527</sup>

2. Transgressores enim sponte legis suæ ejusque violatores, apostatæ nominantur. Et proprie apostatæ sunt, qui legem Dei relinquunt. Omnis enim apostata refutandus est ante reversionem suam, non<sup>o</sup> in accusatione recte agentium aut testimonio suscipiendus. Quia *vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis*.<sup>528 529</sup>

3. Item de his qui judicant episcopos suos vel majores, et rebelles sunt eis, ait Jacobus, Hierosolimorum episcopus<sup>o</sup> : *Quicumque totam legem observaverit<sup>o</sup>, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit « Non moechaberis ! », dixit et « non occidas<sup>o</sup> ! ».* *Quod si non moechaberis, occidas<sup>o</sup> autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari ! Judicium enim sine misericordia<sup>o</sup>, illi qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio<sup>o</sup>*.<sup>530</sup> Item contra eos qui judicant alios, Dominus ait : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, et multa talia, horumque similia*.<sup>531</sup>

Item contra eos qui alios judicant, ait apostolus Paulus, qui in hac Romana urbe post magistrum nostrum beatum Petrum apostolum decollatus est : *Nemo, inquit, nostrum<sup>o</sup> sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est et revixit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Tu autem quare judicas fratrem tuum ? Aut quare spernis fratrem tuum ? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim : « Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur<sup>hhhhhhhh</sup> omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo<sup>o</sup>. »* *Itaque unusquisque nostrum, pro<sup>o</sup> se rationem reddet Deo. Non ergo<sup>iiiiiii</sup> amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum !*<sup>532 533</sup>

<sup>527</sup> PS. ISID., *Anaclei prima* III : Audimus (*sed* audivimus B, D, P, S), fratres, quod ; infantes rationabiles s. ; Unde et beatus Jacobus apostolus ait ; Et beati a. ; spiritu Domini (*sed* Dei B, D, S) p. ; suis, statuit dicens ; denegetur omnibus (*sed* denegetur D, S) qui ; aut regularum (*sed* regulariter B, D, P, S) prohibita neglexerunt (*sed* neglexerint S).

<sup>528</sup> Jac. 1, 8.

<sup>529</sup> PS. ISID., *Anaclei prima* IV : nec (*sed* non B, D, P, S) in.

<sup>530</sup> Jac. 2, 10-13.

<sup>531</sup> Ez. 33, 11.

<sup>532</sup> Rom. 14, 7-13 : et resurrexit, ut ; tribunal Christi.

<sup>533</sup> PS. ISID., *Anaclei prima* V : Jacobus apostolus ; legem servaverit, offendit a. ; non occides ; occides autem ; misericordia est (*sed* misericordia B, D, P, S) illi ; misericordia iudicium (*sed* iudicio B, D, P) ;

4. Scimus enim quia ‘multum derogatio prevalet, quando derogator creditur fide dignus.’<sup>534</sup> Ideo variis detractionibus et accusationibus<sup>□</sup> non oportet labefactari iudices [fol. **129**] et primates Ecclesiæ a subjectis, sed magis apostolorum et doctorum regulis informari et roborari in salutem et<sup>iiiiiii</sup> pacem, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.<sup>535</sup>

---

nostrum quis (*sed nostrum B, D, P, S*) s. ; confitebitur domino (*sed Deo B, S*) ; n., per se.

<sup>534</sup> CASSIOD., *Hist.* III, 8 (*PL*, 69, col. 953).

<sup>535</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* VI : detractionibus non (*sed et accusationibus non P*).

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.**

***Dicta beati Anacleti Papae ad informationem sanctæ Ecclesiæ, de honore sacerdotum.***

**¶¶¶**

1. ‘Justum est omnes in<sup>□</sup> universo Romanorum orbe doctores legis ea quæ legis sunt recte<sup>kkkkkkkkk□</sup> sapere et operari,’ et non regulas sanctæ<sup>□</sup> Ecclesiæ confundi, ‘aut fidem aut doctrinam apostolorum variis maculare doctrinis,’ nec fratres sive sacerdotes infestare.<sup>536</sup> Nullus presumat servos Dei judicare. Si enim omnia in hoc seculo<sup>llllllllll</sup> vindicata<sup>□</sup> essent, ‘locum divina iudicia non haberent.’<sup>537</sup> ‘Supervacuis autem ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adjuvare.’<sup>538</sup> Ideo si aliquis putat Deo in hoc seculo placere quod servos suos accusat, et ut meliores fiant dicit se hoc agere, in vanum laborat, et plus invidiæ stimulis agitur quam caritatis. ‘Quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec ulla<sup>□</sup> requirit commendationis augmenta.’<sup>539</sup> ‘Erigit ergo doctores conscientia sua, et si quando incertis temporum flatibus opponuntur, sustinent mala, quæ seculis<sup>□</sup> magis sunt adscribenda quam meritis.’<sup>540 541</sup>

2. ‘Datam enim scimus Satanæ potestatem ut servos Christi cribaret, ut quod de tritico inveniri possit<sup>□</sup> horreis jungeretur, et quod de paleis ad ignium alimenta transiret. Ad episcopos<sup>□</sup>, specialiter dictum est : *Nolite timere pusillus grex, quoniam<sup>mmmmmmmmmm□</sup> complacuit patri vestro dare vobis regnum.*<sup>542</sup> Si autem venit inter eos<sup>□</sup> gladius perfidorum, ideo venit, ut marcida Ecclesiæ membra resecat<sup>□</sup>, et ad cælestem gloriam sana perducatur<sup>□</sup>. Quos habeat Christus milites, certamen

<sup>536</sup> CASSIOD., *Hist.* v, 29 (*PL*, 69, col. 1006).

<sup>537</sup> ENNOD., *Epist.* II, 19 (p. 71).

<sup>538</sup> ENNOD., *Epist.* II, 22 (p. 73).

<sup>539</sup> ENNOD., *Epist.* II, 22 (p. 73).

<sup>540</sup> ENNOD., *Dict.* 9 (p. 114).

<sup>541</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* VI : omnes universo (*sed* in universo *B, D, P, S*) ; sunt recta s. ; regulas nascentes E. ; s. vindicanda essent ; nec ullæ (*sed* ulla *D, P, S*) r. ; quæ sanctis (*sed* seculis *P*) m.

<sup>542</sup> Luc. 12, 32.

ostendit. Qui triumphum mereantur, per bella cognoscuntur.<sup>543</sup> Scimus autem multos ob id infestare doctores, ut eos perdant, et propriæ voluntatis placita adimpleant. Episcopi si tribulationem patiuntur<sup>□</sup>, non propterea tamen in quantum vires suppetunt a recta æmulatione et bona intentione recedere debent, scientes quia *beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*<sup>544 545</sup>

3. Nichil autem illo est pastore miserius qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna perniciēs. Nullus ergo pastorum placere lupis et gregibus ovium potest.<sup>546</sup> Perdit<sup>□</sup> enim laboris memoriam, mens terrenis obligata carceribus.<sup>547</sup> Sicut artium in suo quæque<sup>□</sup> opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia.<sup>548</sup> Nullus ergo prejuditium *alteri* faciat, neque quod sibi *fieri* non vult exerceat.<sup>549</sup> ‘Nemo dictum de aliquo inveniet quod in ejus actibus non agnoscat.’<sup>550</sup> ‘Nos<sup>□</sup> autem pastores labefactatam non solum quietem nostram<sup>□</sup> sed et salutem, inimicorum valitudine et rumorum procellis, agnoscimus<sup>nnnnnnnnnn</sup>. Potens est<sup>□</sup> divinitas immensæ tempestatis incerta bono serenitatis amovere,’<sup>551</sup> per Christum Jesum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.<sup>552</sup>

<sup>543</sup> ENNOD., *Epist.* II, 14 (p. 68).

<sup>544</sup> Matth. 5, 10.

<sup>545</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* VII : inveniri posset horreis jungetur (*sed* ingeretur *D, S*) ; Ad vos s. ; grex, complacuit (*sed* quia complacuit *B\*, S*) ; inter vos gladius ; membra resecaret, et ; sana perduceret. Quos habet (*sed* habeat *B, D, P, S*) *C.* ; Doctores non.

<sup>546</sup> nichil autem – ovium potest] MAR. MERC., *Nest. serm.* VII, 2 (col. 790<sup>A</sup>).

<sup>547</sup> perdit enim – obligata carceribus] ENNOD., *Opusc.* 8 (p. 131) : enim *om.*

<sup>548</sup> sicut artium – est negligentia] ENNOD., *Dict.* 11 (p. 132).

<sup>549</sup> Tob. 4, 16 : Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

<sup>550</sup> ENNOD., *Epist.* IV, 9 (p. 138).

<sup>551</sup> ENNOD., *Epist.* IV, 24 (p. 146).

<sup>552</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* VIII : Perdidit (*sed* Perdit *B, D, P, S*) enim ; suo quoque o. ; Ego autem labefacta tamen (*sed* labefactatam *B, D, S*) non ; quietem meam *sed* ; procellis agnosco. Potens (*sed* Potens est *B, D, P, S*) *d.*



**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI.**

***Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ et sacerdotum Christi.***

**¶LII**

1. Si *Christus passus est pro nobis, relinquens nobis<sup>553</sup> exemplum, ut sequamur vestigia ejus,*<sup>553</sup> et apostoli et reliqui patres passi sunt sequentes ejus exemplum<sup>554</sup>, quid aliud nisi ut nos pastores sequamur tam doctrinam eorum quam et exemplum, et patiamur adversa pro Christo, et cum patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur? Ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me*, et reliqua.<sup>554</sup> Præsumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur. Obsequium ergo æstimandum puto, quod pariturus impendo.<sup>555</sup> Quid est enim ‘quod plus creditur filii vocabulum valere quam obsequium? Et non quæritur quid in amoris lance promoveas, sed quale ad prejuditium æstimanti nomen opponas, cum apud prudentes frustra sobolem dicimus, nisi exhibeat quod<sup>556</sup> vocatur.’<sup>556</sup> ‘Ego vero nolo errore meo alienas culpas asserere, ut factum doleo<sup>557</sup> admisisse convincar.’<sup>557 558</sup>

2. De his enim qui fratres judicant et lacerant linguis vel factis, ait propheta<sup>558</sup>: *Odisti omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum et dolosum abhominabitur Dominus; ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum tuam, et adorabo in templo sancto tuo in timore tuo. Domine, deduc me in justitia tua propter inimicos meos! Dirige ante faciem meam viam tuam! Non est in ore eorum rectum<sup>558</sup>, interiora eorum insidiæ. Sepulchrum patens<sup>558</sup> guttur eorum, linguam suam lenificant. Condemna eos, Deus, decidant a consiliis*

<sup>553</sup> I Petr. 2, 21 : relinquens vobis exemplum, ut sequamini v.

<sup>554</sup> Matth. 16, 24.

<sup>555</sup> præsumptio est – pariturus impendo] ENNOD., *Epist.* IV, 8 (p. 137) : ergo *om.*

<sup>556</sup> ENNOD., *Epist.* IV, 4 (p. 130).

<sup>557</sup> ENNOD., *Epist.* IV, 19 (p. 144).

<sup>558</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* VIII : relinquens vobis e. ; ejus vestigia (*sed exemplum D, S*), q. ; exhibeat quid (*sed quod B, D, P, S*) v. ; factum quod doleam (*sed doleo D, S*) a.

*suis juxta multitudinem scelerum eorum ! Expelle eos, quoniam provocaverunt te ! Et lætentur omnes qui sperant in te, in seculum laudabunt te ! Et proteges eos et lætabuntur in te qui diligunt nomen tuum, quia tu benedicis justo, Domine, ut hasta placabilitatis coronabis eum !*<sup>559 560</sup>

3. Ideo Deo perfecte sacrificantes, non debent vexari, sed portari, consolari, atque ab omnibus<sup>□</sup> venerari. Ipsi autem omnes sacerdotes quando Domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Domino perfecte in sacratis Deo sacrificare<sup>oooooooooooo</sup> locis probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ : *Vide ne offeras olochausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit<sup>□</sup> Dominus Deus tuus.*<sup>561 562</sup>

4. Episcopus autem<sup>□</sup> Deo sacrificans, testes plures secum habeat quam alius sacerdos. Sicut enim majoris<sup>□</sup> honoris gradu fruitur, sic majoris testimonii incrementatione indiget. In sollempnioribus autem diebus, aut septem aut quinque aut tres diaconos, qui ejus oculi dicuntur, et subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte et a tergo, et presbyteri e regione dextra levaque, contrito corde et humiliato spiritu ac prono stent vultu, custodientes eum a malivolis hominibus, et consensum ejus prebeant sacrificio.<sup>563</sup>

5. In majoribus autem sollempnitatibus si episcopus deest in popularibus ecclesiis, tres diaconi cum sacerdote possunt adstare pro veneratione sacræ festivitatis. Peracta autem consecratione, omnes communicent qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim et apostoli statuerunt, et sancta Romana tenet ecclesia. Ad eos enim qui negligentes in cultu<sup>pppppppppp</sup> Dei sunt, ait propheta<sup>□</sup> David : *Servite Domino in timore, et exultate ei in tremore ! Adorate pure, ne forte irascatur<sup>□</sup> !*<sup>564</sup> Ille non perit de via qui recte graditur, et precepta custodit majorum, in gloriam Jesu Christi domini nostri, cui est gloria in secula. Amen.<sup>565</sup>

<sup>559</sup> Ps. 5, 7-13 (Hebr.) : propter insidiatores m. ; in perpetuum l. ; tu benedices i. ; ut scuto p. ; sic VL.

<sup>560</sup> Ps. ISID., *Anacleti prima* VIII : Inquit Dominus per prophetam ; tuam, adorabo (*sed* adoraboque B, D, P, S) ad templum sanctum tuum (*sed* in templo sancto tuo B, D, P, S) in ; eorum veritas (*sed* rectum B, D, P, S) ; patens est g. ; laudabunt (*sed* laudabunt te B\*, D, S) ; quoniam (*sed* quia S) tu benedices j.

<sup>561</sup> Deut. 12, 13-14 : Cave ne.

<sup>562</sup> Ps. ISID., *Anacleti prima* IX : ab hominibus (*sed* omnibus B, P, S) v. ; quem elegit D.

<sup>563</sup> Ps. ISID., *Anacleti prima* X : Episcopus Deo (*sed* autem Deo P) ; enim majori h.

<sup>564</sup> Ps. 2, 11-12 (Hebr.) : ei om. ; sic VL.

<sup>565</sup> Ps. ISID., *Anacleti prima* XI : Inquit Dominus per prophetam David ; ei cum (*sed* in P) t. ; i., et pereatis de via.

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.

***Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem Ecclesiæ sanctæ, de doctrina sacerdotum Domini.***

## [LIII]

1. Doceri omnes oportet qui Domini sacerdotio funguntur, antequam ad apicem sacerdotii promoverentur, ut et<sup>¶</sup> cæteros instruant et sibi proficiant. Scriptum est autem : *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*<sup>566</sup> Et alibi : *Populus autem sciens Deum suum optinebit et faciet, et docti in populo docebunt plurimos.*<sup>567</sup> Ipsa enim Veritas per se infert et dicit : *Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.*<sup>568</sup> Ille procul dubio scandalizatus est in Deum, qui recte non docet, et qui ejus scandalizat episcopum vel sacerdotem. *Impie namque agentes sunt impii, neque intelligent<sup>¶</sup> omnes impii. Porro docti, intelligent.*<sup>569</sup> *Omnes itaque sacerdotes in invicem humilitatem insinuent<sup>¶</sup>, quia Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam.*<sup>570 571</sup>

2. Ad eos [fol. 129v] qui doceri volunt doctrina veritatis, ait Johannes apostolus : *Nolite, karissimi, omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt, quoniam pseudo-prophetæ exierunt in mundum.*<sup>572</sup> Et item<sup>¶</sup> : *Vos quod audistis ab initio, hoc est predicationem veram apostolorum, in vobis permaneat ! Si in vobis permanserit quod ab initio audistis, et vos in Filio et Patre manebitis. Hoc est : gratiam Patris et Filii et<sup>¶¶¶¶¶¶¶¶</sup> Spiritus Sancti, quibus est una æqualitas, habebitis. Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vita æterna<sup>¶</sup>.*

*Hæc scripsi vobis, de his qui seducunt vos : Et vos unctionem, hoc est christianismum, quam*

<sup>566</sup> Dan. 12, 3.

<sup>567</sup> Dan. 11, 32-33.

<sup>568</sup> Matth. 11, 6.

<sup>569</sup> Dan. 12, 10.

<sup>570</sup> I Petr. 5, 5 : humilitatem insinuate, q.

<sup>571</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* XII : ut ceteros (*sed et ceteros B, D, S*) ; docebunt multos (*sed plurimos P*) ; neque intelligunt (*sed intelligent B, D, S*) o. ; humilitatem insinuate, q.

<sup>572</sup> I Joh. 4, 1 : Deo sint, q.

*accepistis ab eo maneat in vobis, et non necesse habeatis<sup>□</sup> ut aliquis doceat vos, hoc est nullus hæreticus ! Sed sicut unctio ejus, hoc est Spiritus Sanctus sive vera christianitas facta per Sanctum Spiritum, docet vos de omnibus. Et verum est et non est mendatium. Hoc est : doctrina Dei vera est, et nullum mendatium in doctrina Christi est. Et sicut docuit vos, manete in eo ! Hoc est : sicut Evangelium Christi docet, ita credite firmiter ! Et nunc, filioli, manete in eo, hoc est in vera Christi doctrina ! Ut<sup>\*\*\*\*\*</sup> cum apparuerit habeamus<sup>□</sup> fidutiam, et non confundamur ab eo in adventu ejus. Hoc est : qui doctrinam Christi tenet, securus erit in die judicii. Scitis quoniam justus est. Scitote quoniam omnis qui facit justitiam ex ipso natus est ! Hoc est : nulla iniquitas in Deo est, et qui ejus doctrinam tenet, filius Dei est per baptismum.<sup>573 574</sup>*

3. *Videte qualem caritatem dedit nobis Deus Pater, ut filii Dei nominemur et simus<sup>□</sup> ! Hoc est : multum nos dilexit Deus per suam gratiam. Propter hoc mundus non novit vos<sup>□</sup>, quia non novit eum. Hoc est : hæretici et impii ideo non diligunt veros christianos, quia non diligunt Deum. Karissimi nunc filii Dei sumus, hoc est per baptismum, et nondum apparuit quid<sup>□</sup> erimus. Hoc est : in futuro seculo beati erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, hoc est immortales et beati, quoniam videbimus eum sicuti est. Hoc est : in sua divinitate intelligemus gloriam ejus. Et omnis qui habet spem hanc in eo, sanctificat se sicut et ille sanctus est. Hoc est : qui vere christianus est, opera sancta facit, et imitatur Christum. Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. Hoc est : qui non manet in doctrina Christi, non potest esse justus. Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret, hoc est errorem, et peccatum in eo non est, hoc est nullus error, nulla iniquitas. Omnis qui in eo manet non peccat. Hoc est<sup>ssssssss</sup> : qui doctrinam Christi tenet, non sequitur errorem. Et omnis qui peccat non vidit eum, nec cognovit eum. Hoc est : omnis hæreticus et impius non diligit Christum, nec credit in eum. Filioli, nemo vos seducat ! Hoc est : nolite credere*

<sup>573</sup> I Joh. 2, 24-29 : nobis, vitam æternam ; necesse habetis ut.

<sup>574</sup> Ps. ISID., *Anacleti prima* XII : Et idem ipse alibi ait ; nobis, vitæ æternæ (sed vita æterna B, D) ; necesse habetis ut ; a. habemus (sed habeamus B, D, P, S) fidutiam.

hæreticis et<sup>ttttttt</sup> seductoribus de bono in malum ! *Qui facit justitiam justus est, sicut et ille justus est. Hoc est : qui doctrinam Christi tenet, recte stat. Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Hoc est : hæretici et impii diabolum sequuntur<sup>uuuuuuuuu</sup>, quia diabolus de via recta se ipsum ejecit, quando contra factorem suum sese erexit et similis per superbiam Deo voluit fieri. In hoc apparuit filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Hoc est : ideo Christus natus est, ut homines tolleret de potestate tenebrarum. Omnis qui natus est ex Deo, hoc est per baptismum<sup>vvvvvvvvv</sup>, peccatum non facit, hoc est non sequitur diabolum, quoniam semen ipsius in eo manet, hoc est fides ejus in Christo est. Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Hoc est : qui vere christianus est non potest sequi diaboli errorem. In hoc manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli, hoc est in vera et falsa doctrina quam tenent. Omnis qui non est justus, non est de<sup>o</sup> Deo. Hoc est : qui doctrinam Christi non tenet, christianus non est. Et qui non diligit fratrem suum, hoc est qui dilectionem fratris non tenet, non est vere christianus. 575 576*

4. Item de his qui fratres suos persequuntur, vel judicant, ait Johannes apostolus : *Hæc est adnunciatio quam audistis ab initio, hoc est predicatio a Christo, qui initium est, ut diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, hoc est de diabolo, et occidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem ejus justa. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad<sup>o</sup> vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis<sup>wwwwwwwww</sup> qui odit<sup>xxxxxxx</sup> fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et*

<sup>575</sup> 1 Joh. 3, 1-10 : novit nos, q.

<sup>576</sup> PS. ISID., *Anaclei prima XII* : et scimus (sed simus D, P, S) ; novit nos, q. ; apparuit quod (sed quid D, S) e. ; est ex (sed de P) Deo.

*clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo ? Filioli, non diligamus verbo nec lingua, sed opere et veritate !*<sup>577 578</sup>

5. Item ad eos qui doctrinam Christi tenent, ait Johannes : *In hoc cognoscimus<sup>o</sup> quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus suademus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor, major est Deus corde nostro et novit omnia. Karissimi, si cor nostrum<sup>o</sup> reprehenderit nos, hoc est si culpas nostras nos ipsi reprehendimus, fidutiam habemus ad Deum, et quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, et ea quæ sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine filii ejus Jesu Christi, hoc est simus veri christiani, et diligamus alterutrum sicut dedit mandatum nobis, hoc est quando dixit : Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.*<sup>579</sup> *Et qui servat mandata ejus in illo manet, hoc est vere christianus est, et ipse in eo, hoc est Christus diligit eum. Et in hoc scimus<sup>o</sup> quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis, hoc est in baptismo.*<sup>580 581</sup>

6. Hac et hujusmodi vera Christi doctrina, et doceri et docere debent semper pastores populi christiani omnes clericos et laicos, in Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.

<sup>577</sup> I Joh. 3, 11-18 : ut diligatis a.

<sup>578</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* XII : morte in (*sed ad B, D*) v.

<sup>579</sup> Joh. 15, 12.

<sup>580</sup> I Joh. 3, 19-24 : ejus suadebimus c. ; nostrum non r.

<sup>581</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* XII : hoc cognovimus (*sed cognoscimus B, P*) q. ; nostrum non (*sed nostrum B*) reprehenderit hoc quoniam (*sed scimus quoniam B\*, D, P, S*).

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI.

***Dicta beati Anacleti papæ ad instructionem Ecclesiæ, et de honore Ecclesiæ et sacerdotum.***

## [LIV

1. 'Sicut *Deus* creator, qui *hominem ad similitudinem suam creavit*,<sup>582</sup> est caritas, est bonus, justus, patiens atque mitis<sup>□</sup>, et misericors, et cætera virtutum sanctarum insignia quæ de eo leguntur, ita homo creatus est, ut caritatem haberet, ut bonus esset et justus, ut patiens atque mitis, mundus et misericors foret, quas<sup>□</sup> virtutes quanto plus quisque in se ipso habet, tanto propius<sup>□</sup> est Deo et major est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit !) aliquis per devia vitiorum et divortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener<sup>□</sup> oberrat, tunc fiet de eo quod scriptum est : *Et homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.*<sup>583</sup> Qui major honor potuit homini esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur, et eisdem virtutum vestimentis ornaretur quibus et conditor de quo legitur : *Dominus regnavit, decore indutus est* ?<sup>584</sup> Id est omnium virtutum splendore, et tocious bonitatis decore ornatus. Vel quod majus homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem et irationabilem brutorum jumentorum<sup>□</sup> delabatur similitudinem ? Quapropter quisque diligentius adtendat primæ conditionis [fol. 130] suæ excellentiam, et venerandam sanctæ Trinitatis in se ipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis divinæ ad quem creatus est, nobilitate morum, exercitiove<sup>□</sup> virtutum, dignitate meritorum, habere contendat, ut *quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat*,<sup>585</sup> qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformavit.<sup>586 587</sup>

---

<sup>582</sup> Gen. 1, 27.

<sup>583</sup> Ps. 48, 13.

<sup>584</sup> Ps. 92, 1.

<sup>585</sup> cf. I Joh. 3, 2.

<sup>586</sup> PS. AMBR., *Cond. human.* 3 (col. 1018), et ALCUIN., *Genes.* (col. 567-568).

<sup>587</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* XIII : mitis, mundus (*sed* mitis *B, D, P, S*) et ; has (*sed* quas *B, D, P, S*) virtutes ; tanto propior (*sed* propius *B, D*) est ; similitudine degeneranter (*sed* degener *B*) o. ; brutorum animalium (*sed* jumentorum *B*) delabatur (*sed* delabatur *B, D, P*) s. ; morum executionem (*sed*

2. Omnis igitur homo, qui *ad imaginem Dei* factus est,<sup>588</sup> illum debet imitari, cujus ad imaginem conditus est. Illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem suam<sup>□</sup> condidit. Consiliarium vero ac protectorem melius reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum pretioso sanguine suo redemit, et propter eum homo fieri non est dedignatus. Quem procul dubio inveniet, si in eum totam spem suam<sup>□</sup> juxta psalmistæ vocem projecerit. Ait namque : *Jacta<sup>□</sup> super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem justo.*<sup>589</sup> Omnis enim homo sua causa deficiens, et in suis hæsitans consiliis, quærit sibi amicum fidelem, in cujus consiliis confidat, qui in suis diffidebat. Et talem fidutiam habet in illo, ut omne secretum sui pectoris ei<sup>□</sup> pandat et aperiat. Quid dulcius est quam ut habeas illum cum quo omnia possis loqui ut tecum ? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum, qui omnes vult salvos fieri, et neminem perire ? Nam si veraciter Deum credimus eumque diligimus ut debemus, et proximos ut nosmet ipsos, in eumque<sup>□</sup> totam spem projecerimus nostram, et ipse nos eripiet et consolabitur. Et sicut per angelum suum Abacuc prophetam cum prandiis in lacum leonum ad Danihelem vatem misit, et Philippum unum de septem<sup>yyyyyyyyy</sup> diaconibus ad eunuchum, ita dabit nobis liberationem et consolationem. Hæc sectemur<sup>□</sup>, karissimi, et nulli unquam noceamus<sup>□</sup>. Fratres, sumus qui pastores Domini sumus ; invicem nos diligamus et ut veri Domini discipuli et dici et effici mereamur<sup>□</sup>.<sup>590</sup>

3. De his qui contra sacerdotes insurgunt, dicamus, ut ædificentur : Qui rancida corda virorum facit<sup>□</sup>, malitiam inter homines spargit. *Et qui detrahit fratrem suum, homicida est.*<sup>591</sup> Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui vos<sup>□</sup> creavit. Mater vero nostra, Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Qui ergo Christi pecunias et Ecclesiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida est. Atqui

---

exercitione *P*) virtutum, dignitatem (*sed* dignitate *B*) *m*.

<sup>588</sup> *cf.* Gen. 1, 27.

<sup>589</sup> Ps. 54, 23.

<sup>590</sup> Ps. ISID., *Anacleti prima* XIII : imaginem sui (*sed* suam *B, S*) *c*. ; spem juxta (*sed* suam juxta *B, D, S*) ; Proice super Dominum caritatem (*sed* curam *B, S*) *t*. ; pectoris expandat (*sed* ei pandat *B, D, P, S*) *et* ; eum quoque (*sed* eumque *B, S*) *t*. ; Hæc sectamini *k*. ; unquam nocete. Fratres estis ; Invicem vos diligite, ut ; effici mereamini.

<sup>591</sup> I Joh. 3, 15 : qui odit.



homicida ante conspectum justī iudicis reus esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur. Qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit.<sup>592</sup>

4. Privilegia sane ecclesiarum et<sup>□</sup> sacerdotum, sancti apostoli jussu Salvatoris intemerata et inviolata cunctis<sup>□</sup> decreverunt manere temporibus. Leges itaque Ecclesiæ apostolica firmamus auctoritate, et peregrina iudicia submovemus. Unde et Dominus mentionem faciens Loth, per Moisen loquitur dicens : *Ingressus es, quidam inquirunt, ut<sup>\*\*\*\*\*</sup> advena ; numquid ut iudices ?*<sup>593</sup> Unaquæque enim<sup>□</sup> provincia, tam juxta ecclesiasticas quam juxta seculi leges, suos debet justos et non iniquos habere iudices, et non externos, nisi apostolicæ Romanæ<sup>□</sup> sedis decreverit auctoritas, quatinus quicumque causam habuerit, apud suos iudices iudicetur, et non ad alienos causa vagandi stimulante protervia suam despiciens patriam transeat, sed ad duodecim<sup>aaaaaaaa</sup> ejusdem provinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ civitatum referuntur, deferatur negotium.<sup>594</sup>

5. Si autem fuerit ecclesiasticum, apud episcopos, interveniente primate si<sup>□</sup> major causa fuerit ; si vero minor, metropolitano. Si vero fuerit seculare, apud ejusdem ordinis viros, iudicio tamen episcoporum, cum apostolus privatorum christianorum causas magis ad ecclesias deferri, et ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppressus libere sacerdotum si voluerit appellet iudicium, et a nullo prohibeatur ; sed ab his fultiatur, et liberetur.<sup>595</sup>

6. Si autem difficiles causæ aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non potuerint aut juste terminari, ubi fuerit summorum congregatio congregata, quod per singulos annos bis<sup>□</sup> fieri solet et debet, juste et Deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastica<sup>□</sup>, et coram patricio secularia<sup>□</sup> iudicentur negotia in commune. Quod si difficiliore ortæ fuerint questiones, aut episcoporum vel majorum iudicia aut majores causæ fuerint, ad sedem apostolicam si appellatum fuerit referantur, quoniam hoc apostoli statuerunt jussione Salvatoris ut majores et difficiliore<sup>□</sup> questiones semper ad sedem referantur<sup>□</sup> apostolicam, super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum : *Tu es*, inquit,

<sup>592</sup> PS. ISID., *Anaclei prima* XIV : virorum inficit, m. ; qui nos c.

<sup>593</sup> Gen. 19, 9.

<sup>594</sup> PS. ISID., *Anaclei prima* XV : ecclesiarum vel (*sed* et B, D, P, S) s. ; inviolata ejus d. ; Unaquæque provincia (*sed* enim provincia S) ; apostolicæ hujus s.

<sup>595</sup> PS. ISID., *Anaclei prima* XVI : si quidem (*sed* si B, D, S) m.

*Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et reliqua.*<sup>596</sup> Cui Christo Jesu domino nostro est honor et gloria in secula. Amen.<sup>597</sup>

---

<sup>596</sup> Matth. 16, 18.

<sup>597</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* XVII : bis autem (*sed bis P*) f. ; p. ecclesiastico (*sed ecclesiastica D, P, S*) et ; p. seculari (*sed secularia B, P, S*) j. ; et difficiles (*sed difficiliores B, P, S*) q. ; sedem deferantur (*sed referantur D, S*) a.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.**

***Dicta beati Anacleti papæ ad consolationem episcoporum, et ædificationem sanctæ Dei Ecclesiæ.***

**¶LV**

1. ‘Sit nobis pastoribus constantia magna<sup>□</sup>, fratres, adversus contentiones eorum qui adversa sapiunt, et non quæ Dei sunt, et erit fortior petra constantia nostra<sup>□</sup>,<sup>598</sup> sicut scriptum est : *Ne timueritis<sup>□</sup> ab eis, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod<sup>□</sup> autem in aure auditis, predicate in lumine ! Illum timentes, qui potest animam et corpus occidere, et mittere in Gehennam.*<sup>599</sup> Fratres mei, si in carne ambulamus<sup>□</sup>, tamen non secundum carnem militamus. Pastoribus enim sanctæ Ecclesiæ, arma militiæ eorum<sup>□</sup> non carnalia sed potentia Deo sunt, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes, omnem cogitationem in obsequium Christo perducentes.<sup>600</sup> Itaque confortemur nos pastores<sup>□</sup> in Domino, et in potentia fortitudinis ejus,<sup>601</sup> ut pax nobis<sup>□</sup> multa et gratia a Deo et domino nostro Jesu Christo ministretur et omni populo Dei. Amplectamur autem<sup>□</sup> et osculemur, ac si presentes, caritatem alternam omnium nostrum in invicem<sup>□</sup>, in unitate spiritus, in vinculo pacis et caritatis Christi.<sup>602,603 604</sup>

2. *Propter quod Dominum<sup>□</sup> expectantes, satagamus immaculati et inviolati inveniri in pace, et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremur<sup>□</sup>.*<sup>605</sup> *Indoctos autem et instabiles caveamus,*

<sup>598</sup> Ez. 3, 8-9 (VL).

<sup>599</sup> Matth. 10, 26-28 : t. eos (...) ; et nolite timere eos q. ; eum timete q. ; c. perdere i. ; sic VL.

<sup>600</sup> II Cor. 10, 3-5 : c. ambulantes ; m. nostre n. ; o. altitudinem e. ; o. intellectum i. ; o. Christi ; sic VL.

<sup>601</sup> Eph. 6, 10 : confortamini i. ; p. virtutis e. ; sic VL.

<sup>602</sup> cf. Eph. 4, 3 : solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.

<sup>603</sup> ZACH., *Epist.* 12 (col. 949<sup>B-C</sup>).

<sup>604</sup> Ps. ISID., *Anacleti prima* XVII : constantia vestra f. ; constantia sicut (*sed* nostra sicut *B, D, P, S*) ; Ne timueris (*sed* timueritis *B, D, P, S*) ab ; Quod jam (*sed* Quod *B, D, P, S*) a. ; carne ambulantes t. ; Arma malitiæ nostræ non ; De cetero confortamini, fratres, in ; pax vobis m. ; Amplectimur et osculamur ac ; caritatem vestram, in.

<sup>605</sup> II Petr. 3, 14-15 : e., satagite immaculati ; salutem arbitremini.

quod *depravant sanctas scripturas ad suam perditionem, in his etiam locis*<sup>□</sup> *in quibus sunt quædam difficilia intellectu. Nos*<sup>□</sup> *autem prescientes custodiamus ne insipientium errore transducti excidamus*<sup>□</sup> *a propria firmitate. Crescamus*<sup>□</sup> *vero in gratia et cognitione domini nostri Jesu Christi et salvatoris.*<sup>606</sup> *Memores autem simus*<sup>□</sup> *verborum quæ predicta sunt ab apostolis domini nostri Jesu Christi, qui predixerunt nobis*<sup>□</sup> *quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum sua desideria impietatum*<sup>□</sup> *ambulantes. Hi sunt qui segregant, id est excommunicant, semetipsos, animales, spiritum non habentes. Nos*<sup>□</sup> *autem superædificantes nosmetipsos, sanctissimæ nostræ fidei in Spiritu Sancto orantes, ipsos*<sup>bbbbbbbbb</sup> *nos*<sup>□</sup> *in dilectione Dei servemus*<sup>□</sup>. *Expectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi, in vitam æternam. Et hos quidem arguamus*<sup>□</sup> *judicatos ; illos vero salvemus*<sup>□</sup> *de igne rapientes. Aliis autem misereamur*<sup>□</sup> *in timore, odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Ei autem qui potens est nos*<sup>□</sup> *conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, soli Deo salvatori nostro, per Jesum Christum dominum nostrum, gloria, magnificentia et imperium et potestas, ante omnia secula et nunc et in omnia secula*<sup>□</sup> *seculorum ! Amen.*<sup>607 608</sup> [fol. 130v]

<sup>606</sup> II Petr. 3, 16-18 : d. sicut et ceteras scripturas ; Vos igitur, fratres, prescientes custodite ne ; traducti excidatis a ; Crescite vero.

<sup>607</sup> Judæ 17-25 : autem estote v. ; qui dicebant vobis q. ; Vos autem (...) superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei ; vosmetipsos in ; Dei servate ; quidem arguite j. ; vero salvate de ; autem misereamini in ; est vos c.

<sup>608</sup> PS. ISID., *Anacleti prima* XVII : quod, carissimi expectantes, satagite i. ; salutem arbitramini. Indocti et instabiles qui depravant ad ; perditionem, (...) in ; Vos autem (...) prescientes custodite ; traducti excidatis a ; Crescite vero ; autem estote v. ; qui dicebant vobis q. ; desideria in impietatem (*sed impietatum B, P, S*) a. ; Vos autem, karissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ f. ; ipsos vos in ; Dei servate ; quidem arguite j. ; vero salvate de ; autem miseremini in ; est vos c. ; secula seculorum (*sed et nunc et in omnia secula seculorum B, D, P, S*).

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.**

*Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem ecclesiæ, et de honore episcoporum.*

**¶LVI**

1. Anacletus episcopus universis episcopis<sup>¶</sup> optat gratiam Dei et pacem, et super ecclesias suas sollicitudinem. ‘Quoniam apostolicæ sedis debitam reverentiam erga nos<sup>¶</sup> caritas episcoporum distribuit, quia plurimum prebuerunt<sup>¶</sup>. Nam licet ecclesiæ in qua sanctus apostolus Petrus residens docuit quodammodo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore et sanctitate minores esse. Et propterea omnino festinamus ut ad gloriam ejus beatitudinis pervenire possimus.’<sup>609</sup> Igitur consultationibus episcoporum<sup>¶</sup> plenius responderemus, si licuisset. Sed infirmitatis ac reliquarum oppressionum onere pressi, breviter prout Dominus tribuit, ut a beato Petro principe apostolorum sumus instructi, a quo et presbiter sum ordinatus, scribere episcopis<sup>¶</sup> non denegavimus.<sup>610</sup>

2. Ordinationes episcoporum, apostolica auctoritate, ab omnibus qui in eadem fuerint provincia episcopis<sup>¶</sup> sunt celebrandæ. Qui simul convenientes scrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus precibus celebrent, et manus cum sanctis evangeliiis, quæ predicaturi sunt, imponentes, dominica die hora tertia orantes, sacraque unctione, exemplo prophetarum et regum, capita eorum more apostolorum et Moysi unguentes. Quia omnis sanctificatio constat in Spiritu Sancto, cujus virtus invisibilis sancto est chrismati permixta,<sup>611</sup> et hoc ritu<sup>¶</sup> sollempnem celebrent ordinationem. Quod si omnes simul convenire minime poterint<sup>¶</sup>, assensum tamen suis precibus prebeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint. Porro et Hierosolimitarum primus archiepiscopus beatus Jacobus, qui justus dicebatur, et secundum carnem Domini nuncupatus est frater, a Petro et Jacobo et Johanne

<sup>609</sup> CASSIOD., *Hist.* IX, 15 (*PL*, 69, col. 1133<sup>B</sup>).

<sup>610</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XVIII : episcopis in Italia constitutis ; erga me caritas vestra d. ; plurimum, karissimi filii, prebuisit ; consultationibus vestris p. ; scribere vobis, sicut petistis, non.

<sup>611</sup> omnis sanctificatio – chrismati permixta] HRABAN., *Inst. cler.* II, 45 (*PL*, 107, col. 359<sup>B</sup>).

apostolis est ordinatus.<sup>612</sup> Successoribus videlicet dantes formam eorum, ut minus quam a tribus episcopis reliquisque omnibus assensum prebentibus nullatenus episcopus ordinetur, et communi voto ordinatio celebretur. Reliqui vero sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii sacerdotes assensum prebeant, et jejunantes ordinationem celebrent. Similiter et diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum distributio, trium veracium testium episcopi scilicet probatione sufficere potest.<sup>613</sup>

3. Hucusque beatus Anacletus. Sciendum autem quia ordinatio Jacobi assensus tantum inthronizandi fuit, ut fieret in sua proprie cura Hierosolimorum ecclesia. Nam ab ipso Domino jam consecrati erant apostoli in ordine episcopali, quando *benedixit eis elevatis manibus et ferebatur in cælum.*<sup>614</sup> Eodem modo ordinatio Petri in Antiochia et iterum Romæ, non consecratio sed exaltatio in cathedra per assensum aliorum fuit. Qui enim ab ipsa propria manu Christi consecrati erant, quomodo iterum a quoquam mortali consecrarentur ? Ordinatio etiam primi doctoris Aquitaniæ beati Marcialis, qui ab apostolis ordinatus est, assensus apostolorum fuit tantummodo, quo deberet in curam suam suscipere ecclesiam Lemovicensem. Ipsi enim distributa est provincia Galliæ a<sup>ccccccccc</sup> Spiritu Sancto, in sorte apostolatus. Qui propinquus beato Petro secundum carnis prosapiam, primus Galliam Evangelio Christi inluminavit. Qui ab ipso Christo consecratus est cum aliis apostolis, quando *elevatis manibus benedixit eis et ferebatur in cælum,*<sup>615</sup> a quo etiam Jesu Christo domino cum aliis apostolis potestatem ligandi atque solvendi acceperat ; hæc si evangelistæ non exprimunt, tamen ejus gesta non tacent, nullatenus ab auctoritate sanctorum patrum repulsa, quin potius approbata et suscepta. A Domino autem et beato Petro est missus a Roma in Aquitaniam, et a duobus discipulis suis Alpiniano et Austricliniano, qui ab apostolis

<sup>612</sup> cf. *infra* Sermo in conc. II XCII 2.

<sup>613</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XVIII : provincia episcopi (*sed* episcopis B, D, P) s. ; hoc rite (*sed* ritu B, D, P, S) s. ; minime potuerint, a.

<sup>614</sup> Luc. 24, 50-51 : *elevatis manibus suis benedixit eis ; (...) et ferebatur in celum.*

<sup>615</sup> Luc. 24, 50-51 : *elevatis manibus suis benedixit eis ; (...) et ferebatur in celum.*

erant consecrati presbiteri, ac per hoc erant episcopi, per assensum beati Petri inthronizatus est in regimine ecclesiae Lemovicensis, quam ipse primus fundavit, sicut et alias matres ecclesiarum per civitates Aquitaniae. Consecratum enim episcopum, duo episcopi inthronizari possunt regulari auctoritate, sive etiam unus si tamen talis fuerit necessitas. Et sicut auctoritas est in his decretis beati Anacleti ut minus quam a tribus episcopis non ordinetur episcopus, tamen puto propter necessitatem concessum esse ab apostolis, postea quam Jacobus a tribus ordinatus est, ut a duobus etiam ordinetur. Sic enim canones apostolorum, in primo capitulo jubent : ‘Episcopus, a duobus aut tribus episcopis ordinetur.’<sup>616</sup>

4. Hic beatus Anacletus dicit se presbiterum ordinatum a beato Petro, ideoque episcopus fuit per ipsam consecrationem. Ad tales presbiteros, quia et episcopi pro sola ordinatione presbiteratus ab apostolis facti<sup>ddddddddd</sup> erant, dicebat Paulus : *Vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei.*<sup>617</sup> Item ad tales presbiteros qui in una civitate simul in commune ecclesiam regebant, scribit apostolus ita : *Paulus ecclesiae Dei quae est Philippis, cum episcopis et diaconibus.*<sup>618</sup> Cum tamen dissensio inter ipsos presbiteros (qui et episcopos) de Christi doctrina intrasset, statuerunt hoc apostoli ut dignior qui esset inter presbiteros (qui et episcopos), ceteris superponeretur presbiteris, et proprie vocaretur episcopus ; sacerdotes autem qui ei essent subjecti, proprie vocarentur presbiteri et non episcopi. Ideo Alpinianum et Austriclinianum dicimus esse episcopos, quia presbiteri fuerunt ab apostolo Petro ordinati, et sublimiores pluribus sanctitate, digni fuerunt cum apostolo propinquo beati Petri beato Marciale ab oriente in Galliam venire, in omni pontificali officio cooperantes et obsequentes ei.

---

<sup>616</sup> cf. *Conc. Carth.* III, 39 (p. 336).

<sup>617</sup> Act. 20, 28.

<sup>618</sup> Phil. 1, 1.

5. Hic Marcialis utpote qui erat apostolus Dei, Aurelianum ex gentilibus ordinans pro se episcopum, nullatenus dicendus est solus episcopus eum ordinasse, sed cum duobus episcopis qui ei semper adhærebant supradictis. Cum quibus duobus tercius ipse, episcopos per Aquitaniam asseritur consecrasset. Ipsique duo episcopi, post magistrum suum beatum apostolum, Aureliano in ordine episcopali videntur coepiscopi extitisse, sicut fuerant magistro suo. Linus et Cletus eodem modo coepiscopi extiterunt beato Petro apostolo, et demum beato Clementi, quem Petrus pro se episcopum ordinavit.

6. Item beatus Anacletus de honore sacerdotum Dei dicit : Accusatio sacerdotum<sup>619</sup> super qua nos consulere voluerunt episcopi<sup>620</sup>, non nisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus careant, fieri debet. Quia Dominus sacri sui corporis tractatores a vilibus et reprobis ac<sup>621</sup> non idoneis personis infamari noluit nec calumpniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo ejecit. Unde liquet<sup>622</sup> quod ‘summi sacerdotes, id est episcopi, a Deo sunt iudicandi non ab humanis, aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, sed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipso Domino exemplum<sup>623</sup> dante, quando per se ipsum et non per alium *vendentes et ementes* ejecit de templo, et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas proprio evertit flagello, et ejecit de templo.<sup>619</sup> Et propheta<sup>620</sup> ait : *Deus stetit in sinagoga deorum ; in medio autem deos discernit*.<sup>620</sup><sup>621</sup> Et item ex persona Domini : *Ego dixi dii estis, et filii excelsi omnes*.<sup>622</sup> Nullus autem, ut reor, invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio quam a se iudicari. Quod si presumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius ultionem quærit super eo. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus deorum et dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre servorum ? Unde et propheta<sup>623</sup> loquitur dicens : *Deus ultionum dominus, Deus ultionum libere egit*, et reliqua.<sup>623</sup> Et apostolus inquit : *Tu quis es qui iudicas servum alienum ?*

---

<sup>619</sup> Matth. 21, 12.

<sup>620</sup> Ps. 81, 1 : deos dijudicat.

<sup>621</sup> cf. ISID., *Sent.* III, 39, 5 (col. 710).

<sup>622</sup> Ps. 81, 6.

<sup>623</sup> Ps. 93, 1.



*Suo enim domino, stat aut cadit.*<sup>624</sup> Et ipse : Nolite iudicare in *invicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.*<sup>625</sup> Et Dominus per prophetam inquit : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*<sup>626</sup> Nam si aliquis nunc in malum oculos alicujus principis incipit tractare, manifeste reus majestatis iudicatur, et infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subjacet. Hæc, fratres, valde cavenda sunt, et quod homines nolunt sibi fieri Deo deorum non debet inferri<sup>□</sup>, ne forte irascatur Dominus et faciat vindictam eorum, etiam in eos qui non peccaverunt, quia perit sæpissime *justus pro impio.*<sup>627 628</sup>

7. Imitandus est etiam propheta, per quem<sup>ccccccccc</sup> Dominus ait : *Perambulabo in simplicitatem<sup>□</sup> cordis mei, in medio domus meæ. Non propo-[fol. 131]-nebam coram<sup>□</sup> oculis verbum os Belial.*<sup>629</sup> *Detrahentem in abscondito sodalem suum, hunc interficiebam.*<sup>630</sup> Item caveamus<sup>fffffff</sup> omnes illos tales<sup>□</sup> e quibus Salomon ait : *Sicut noxius est qui mittit lanceas et sagittas et<sup>□</sup> mortem, sic vir qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus, dicit<sup>□</sup> : « Ludens feci. »*<sup>631</sup> *Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur rixas. Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris.*<sup>632</sup> Et si detractores quocumque graviter iudicantur, et in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores et detractores atque accusatores memoratorum ejus famulorum, atque persecutores damnantur, et in baratrum nisi se correxerint, et per eorum satisfactionem, condignam egerint pænitentiam, indubitanter vadunt, et vindicibus flammis exuruntur. *Est enim justus iudex dominus noster Jesus Christus,*<sup>633</sup> cui est gloria in secula.

*Amen.*<sup>634</sup>

<sup>624</sup> Rom. 14, 4.

<sup>625</sup> Rom. 14, 13 : Non ergo amplius iudicemus i.

<sup>626</sup> Zach. 2, 8.

<sup>627</sup> cf. I Petr. 3, 18.

<sup>628</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XIX : Accusatio quoque eorum s. ; consulere voluistis, n. ; reprobis et (*sed ac D, S*) non ; Unde reliquit (*sed liquet B, D, P, S*) q. ; Domino exemplo (*sed exemplum D, P, S*) d. ; Et sicut alibi ait ; deos decernit (*sed discernit B, D*) ; et ipse per prophetam l. ; non debent inferre.

<sup>629</sup> Ps. 100, 2-3 (Hebr.) : in simplicitate c. ; non ponam c.

<sup>630</sup> Ps. 100, 5 (Hebr.) : loquentem i. ; a. contra proximum s. ; h. interficiam ; sic VL.

<sup>631</sup> Prov. 26, 18-19 : s. in mortem.

<sup>632</sup> Prov. 26, 21-22.

<sup>633</sup> Ps. 7, 12.

<sup>634</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XIX : Perambulo (*sed Perambulabo S*) in simplicitate c. ; proponebam ante (*sed coram B, D, P, S*) oculis meis v. ; Et hi cavendi sunt e ; sagittas vel (*sed et B, S*) m. ; deprehensus dicit (*sed dicit D*).

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI.

*Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de honore sacerdotum.*

## [LVII]

1. Oportet omnes clericos et laicos<sup>¶</sup> a detractionibus cavere, et nec solum non<sup>¶</sup> facere sed nec facientibus consentire. *Quia non solum qui faciunt damnantur, sed qui consentiunt facientibus.*<sup>635</sup> De ipsis accusatoribus fratrum<sup>¶</sup>, ipsa Veritas ait : *Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos ; filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.*<sup>636</sup> Id est in talibus non habitat Deus<sup>¶</sup>, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur dicens : *Qui fodit foveam incidet in eam, et qui volvit lapidem revertitur<sup>¶</sup> ad eum. Lingua fallax non amat<sup>¶</sup> veritatem, et os lubricum operatur ruinas.*<sup>637</sup> *Grave est saxum et onerosa harena, sed ira stulti utroque gravior.*<sup>638</sup> *Hominem qui calumniatur sanguinem animæ, si usque ad lacum fugerit nemo sustinet.*<sup>639</sup> *Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat ; qui sperat in Domino, sanabitur.*<sup>640</sup> *Qui confidit in corde suo, stultus est ; qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur. Qui fortiter premit ubera ad eliciendum<sup>¶</sup> lac, exprimit butirum ; qui vehementer emungitur<sup>¶</sup>, elicit sanguinem. Et qui provocat iras, producit discordias.*<sup>641 642</sup>
2. Hæc et alia perpericulosa considerantes apostoli, statuerunt ne facile commoverentur, aut lacerarentur vel accusarentur<sup>¶</sup> columnæ sanctæ Dei ecclesiæ, quæ apostoli et successores eorum non inmerito dicuntur. Sed si quis adversus eos vel ecclesias eorum commotus fuerit aut causas habuerit,

<sup>635</sup> Rom. 1, 32.<sup>636</sup> Matth. 8, 20 et Luc. 9, 58.<sup>637</sup> Prov. 26, 27-28.<sup>638</sup> Prov. 27, 3.<sup>639</sup> Prov. 28, 17.<sup>640</sup> Prov. 28, 25-26.<sup>641</sup> Prov. 30, 33 : vehementer emungit, e.<sup>642</sup> Ps. ISID., *Anacleti secunda* XIX : oportet omnes ab his cavere ; solum facere (*sed non facere P*) ; De talibus et his similibus i. ; habitat Dominus, n. ; lapidem revertetur (*sed revertitur D, S*) ad ; non habet (*sed amat B, D, P, S*) v. ; ad ejiciendum (*sed eliciendum B*) l. ; vehementer emulgitur, ejicit (*sed elicit B, D, S*) s.

prius ad eos recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti, ea sanent quæ sananda sunt, et caritative<sup>□</sup> emendent quæ juste emendanda agnoverint.<sup>643</sup>

3. Si autem aliqui eos priusquam hæc egerint lacerare, accusare, aut infestare presumpserint, excommunicentur, et minime absolvantur, antequam per satisfactionem condignam egerint pœnitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur.<sup>644</sup> Nec hoc mirum quia<sup>⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂</sup> si quisquam nostrum cuidam suorum legationem injungeret, et a quoquam impediretur aut subditorum suorum despiceretur, mox indignatus irascetur, aut talia prout potuerit vindicaret, et ad injuriam ac<sup>□</sup> contumeliam sui hoc factum reputaret, et talionem si in presenti non poterit<sup>□</sup>, futuris temporibus redderet. Nam si in hominum causa hæc fiunt, quid putatis Deus faciet de suis, qui *nec capillum capitis eorum perire dixerit* ?<sup>645 646</sup>

4. De vindicta Dei contra detractores sacerdotum, Dominus per Naum prophetam loquitur dicens : *Deus æmulator et ulciscens Dominus, ulciscens Dominus et habens furorem ; ulciscens Dominus in hostes suos, et irascens ipse inimicis suis.*<sup>647</sup> *Ante faciem indignationis ejus quis stabit, et quis resistet in ira furoris ejus ? Indignatio ejus effusa est sicut ignis, et petrae dissolutæ sunt ab eo. Bonus est Dominus et confortans in die tribulationis, et sciens<sup>□</sup> sperantes in se, et reliqua.*<sup>648</sup> Quædam autem ex his jam ipsis episcopis<sup>□</sup> scripsimus, quæ totiens sunt replicanda, quotiens fuerint necessaria, prestante Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.<sup>649</sup>

<sup>643</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XX : vel accusentur c. ; et caritati (*sed* caritative P) e.

<sup>644</sup> *cf.* II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

*cf. etiam supra* Sermo in conc. II XXXIX 3 *et* LIII 1, *et infra* ib. LXX 4.

<sup>645</sup> Act. 27, 34 : Quia nullius vestrum capillus de capite peribit.

<sup>646</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXI : i. ad (*sed* ac B, D, P, S) contumeliam ; non posset, f.

<sup>647</sup> Nah. 1, 2.

<sup>648</sup> Nah. 1, 6-7.

<sup>649</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXI : et scient (*sed* sciens B, D, P, S) s. ; jam aliis fratribus s.

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.

*Dicta beati Anacleti papæ de dignitate sacerdotum, ad ædificationem Ecclesiæ.*

## [LVIII]

1. Summorum sacerdotum sibi Dominus ejectionem reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis concessisset. Electionem autem illorum, taliter apostolus fieri jubet : *Si quis sine crimine est, unius<sup>o</sup> virum, filios habentem fideles non in<sup>o</sup> accusatione luxuriæ, aut non subditos, et reliqua.*<sup>650 651</sup>

2. Si enim sine crimine sacerdos eligi<sup>o</sup> precipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accusari aut calumniari permittitur. Nec ab aliis quam ab his qui sine crimine sunt, et justa<sup>o</sup> electione, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Deo<sup>o</sup> servire elegerint, sacerdotesque sine crimine fieri et ordinari possint, et tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes jubentur. ‘Porro et Moysi precipitur ut eligat presbiteros. Unde et in Proverbiis dicitur : *Gloria senum canities.*<sup>652</sup> Hæc vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est : *Canities hominum, prudentia est.*<sup>653</sup> Cumque nongentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse<sup>o</sup> homines legerimus, nullus alius primus appellatus est presbiter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis convincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbiteri nominantur.’<sup>654</sup> ‘Initium enim sacerdotum<sup>o</sup> Aaron fuit, licet Melchisedeth prior optulerit sacrificium, et post hunc Abraham, Isaac et Jacob. Sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt.’<sup>655 656</sup>

---

<sup>650</sup> Tit. 1, 6.

<sup>651</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXI : unius uxoris v. ; non accusatione (*sed* in accusatione B, D, P, S).

<sup>652</sup> Prov. 20, 29.

<sup>653</sup> Sap. 4, 8.

<sup>654</sup> ISID., *Eccl. off.* II, 7, 4 (CC SL, 113, p. 66, 33-41)

<sup>655</sup> ISID., *Eccl. off.* II, 5, 1 (CC SL, 113, p. 56, 6-9).

<sup>656</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXII : sacerdos elegi (*sed* eligi B, D, P, S) p. ; et juste (*sed* justa D, P, S) e. ; volendo Domino s. ; A. vixissent (*sed* vixisse B, D, P, S) homines legerimus (*sed* legerimus B, D, P, S) ; enim sacerdotii A.

3. ‘Cæterum Aaron primus in lege sacerdotali nomen accepit, primusque pontificali stola indutus victimas optulit jubente Domino, ac loquente ad Moysen : *Accipe, inquit, Aaron et filios ejus, et applicabis ad hostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est lineam et tunicam<sup>657</sup>, superhumerales<sup>hhhhhhhh</sup> et rationale, quod constringes balteo. Et pones tiaram in capite ejus, et lamminam sanctam super tiaram, et oleum unctionis fundes super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur Domino. Filios quoque illius applicabis, et indues tunicis lineis, cingesque<sup>658</sup> balteo Aaron scilicet et liberos ejus, et impones eis mitras, eruntque sacerdotes mei<sup>659</sup> religione perpetua.*<sup>657</sup> Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem, id est episcopum fuisse, porro filios ejus, presbiterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron, summum sacerdotem, et filios ejus, qui sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat poderem stolam sanctam et coronam auream, mitram et zonam auream<sup>658</sup>, et superhumerales, et reliqua quæ prefixa sunt. Filii autem Aaron super tunicas lineas, cincti tantummodo et tiarati assistebant sacrificio Domini.’<sup>658 659</sup>

4. ‘In Novo autem Testamento post Christum dominum nostrum, a Petro sacerdotalis coepit ordo. Quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum : *Tu es, inquit, Petrus ; et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et portæ inferi non prevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cælorum.*<sup>660</sup> Hic ergo ligandi solvendique potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum gratia Dei virtute suæ predicationis adduxit. Cæteri vero apostoli, cum eodem pari consortio honorem et potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt.’ Et omnes qui potestatem ligandi et solvendi ab ipso specialiter Domino, quod proprie est virtus et honor et potestas apostolica, acceperunt, proprie apostoli sunt. ‘Qui etiam jubente Domino in toto orbe dispersi, evangelium predicaverunt. Ipsis quoque decedentibus in loco eorum successerunt episcopi,’<sup>661</sup> quorum ordinatio pretaxato<sup>iiiiiii</sup> fieri debet ordine et modo quo jam interrogantibus fratribus nostris scripsimus. Quos qui recipit et verba eorum, Deum recipit. *Qui autem eos spernit, eum a quo missi sunt et ‘cujus funguntur [fol. 131v]*

<sup>657</sup> Ex. 28, 4-9.

<sup>658</sup> ISID., *Eccl. off.* II, 5, 2-3 (CC SL, 113, p. 56-57, 9-30).

<sup>659</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXIII : tunicam et (sed tunicam S) s. ; l. cinges (sed cingesque B, P, S) balteo ; sacerdotes mihi (sed mei B, D, S) r. ; et zona aurea (sed zonam auream B, D, P, S) et.

<sup>660</sup> Matth. 16, 18-19.

<sup>661</sup> ISID., *Eccl. off.* II, 5, 5-6 (CC SL, 113, p. 57-58, 40-50).

legatione<sup>662</sup> *spernit*,<sup>663</sup> et ipse indubitanter spernetur a Domino, *cujus potestas et honor permanet in secula. Amen.*<sup>664</sup>

---

<sup>662</sup> *cf.* II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

<sup>663</sup> Luc. 10, 16 : autem me *spernit*, eum qui me misit s.

<sup>664</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXIV : ordinatio *pretaxato* (*sed* *pretaxato B, D, P*) f.

SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.

*DICTA BEATI ANACLETI PAPÆ de dignitate sacerdotum, ad ædificationem Ecclesiæ.*

¶LIX

1. Videns Dominus<sup>¶</sup> messem esse multam et operarios paucos,<sup>665</sup> hoc est duodecim<sup>iiiiiii</sup> apostolos, quorum formam gerunt episcopi, dixit aliis discipulis suis quos post duodecim<sup>kkkkkkkkk</sup> ad predicandum misit : *Rogate*<sup>¶</sup>, inquit, *Dominum messis ut mittat*<sup>¶</sup> *operarios in messem suam.*<sup>666</sup> Ideoque electi sunt ab illo<sup>¶</sup> septuaginta<sup>lllllllll</sup> duo discipuli, quibus dixit : *Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos !*<sup>667</sup> Quorum septuaginta<sup>mmmmmmmmmm</sup> duorum apostolorum tipum gerunt presbiteri, atque in eorum loco sunt constituti in ecclesia, qui episcopis solatio sunt et adjutorio. De quorum ordinatione et reliquorum ministrorum, jam nos dixisse superius sufficiat.<sup>668</sup>

2. Hucusque Anacletus. Qui<sup>nnnnnnnnnn</sup> autem de illis septuaginta<sup>ooooooooo</sup> duobus egregii fuerunt, et episcopi in propriis civitatibus facti sunt. Laborantes strenue in evangelico semine, quia apostolicum ministerium adimpleverunt, apostoli facti sunt non impari jure quo et priores duodecim. Tunc autem illi septuaginta duo<sup>ppppppppp</sup> facti sunt apostoli, quando et fuerunt ab ipso Christo<sup>qqqqqqqqq</sup> missi. *Ite, inquit, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos !*<sup>669</sup> Tamen sicut presbiteri subjecti sunt episcopis, ita illi septuaginta duo<sup>rrrrrrrrr</sup> subjecti sunt illis prioribus duodecim<sup>sssssssss</sup>. Omnes tamen fuerunt, et vocati sunt apostoli, sicut aliquando presbiteri ipsi erant et vocabantur

<sup>665</sup> Luc. 10, 2.

<sup>666</sup> Luc. 10, 2.

<sup>667</sup> Luc. 10, 3.

<sup>668</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXIV : Videntes autem ipsi apostoli m. ; Rogaverunt Dominum ; ut mitteret o. ; ab eis s.

<sup>669</sup> Luc. 10, 3.

episcopi. Indubitanter autem apostolus Christi est ille patronus Aquitanicæ gentis et protopredicator Gallix, beatus Marcialis, preter illud quod unus de septuaginta<sup>tttttttt</sup> duobus est. Nam et post resurrectionem Domini ab ipso potestatem et honorem ligandi atque solvendi cum ceteris apostolis accepit, et a Domino per beatum Petrum ad gentes occiduas missus est, cujus signum apostolatus tota provintia Aquitania presertim est.<sup>670</sup> Sic et Paulus nec unus de duodecim<sup>uuuuuuuuuu</sup>, nec de septuaginta<sup>vvvvvvvvvv</sup> duobus, quia tamen strenue in Evangelio laboravit, apostolus jure est. Marcialis ergo non tantum Domini discipulus est, ut quidam ‘recte offerentes sed non recte dividentes’<sup>671</sup> dijudicant, quasi tantum presbiter sit, eo quod fuerit de numero septuaginta duorum, sed etiam absque dubio Domini est apostolus, quia pontificali apice donatus, totius Aquitanix predicator et pastor a Deo factus est.

3. Item Anacletus de ordinatione civitatum propter episcopos et archiepiscopos et patriarchas ait : Provintix orbis ante adventum Christi multo tempore divisæ sunt maxima ex parte, et postea ab apostolis et beato Clemente predecessore nostro ipsa divisio est renovata. Et in capite provintiarum ubi dudum primates legis<sup>o</sup> erant seculi, ac juditiaria potestas prima, ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam imperatorum vel regum confugere non poterant<sup>wwwwwwwww</sup>, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel injustitiis suis, ipsosque appellabant quotiens opus erat, sicut in lege eorum preceptum erat ; ipsis quoque in civitatibus vel locis, nostri<sup>o</sup> patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, legis<sup>o</sup> divinæ ecclesiasticæ poni et esse jusserunt<sup>o</sup>, ad quos si necesse fuerit confugerent, eosque<sup>o</sup> appellarent, et ipsi nomine ‘primatum’ fruerentur<sup>o</sup> et non alii, reliquæ vero metropolitanæ civitates, quæ minores iudices habebant, licet majores comitibus essent, haberent metropolitanos suos, qui predictis juste oboedirent primatibus, sicut et<sup>o</sup> in legibus seculi olim ordinatum erat, qui non ‘primatum’ sed aut<sup>xxxxxxxxxx</sup> ‘metropolitanorum’ aut ‘archiepiscoporum’ nomine fruerentur. Et licet singulæ metropoles<sup>o</sup> civitates suas provintias habeant, et suos metropolitanos habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos iudices habebant seculares, primates tamen, ut prefixum est, et

<sup>670</sup> cujus signum – presertim est] *cf.* BEDA, *Hist. Angl.* II 1, 1.

<sup>671</sup> *cf.* Gen. 4, 7 (VL) : si recte offeras, non autem recte divides, peccasti, quiesce.



tunc et nunc habere jussæ sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia convenient, ut ibidem quibus necesse fuerit releventur et juste restituantur, et hi qui injuste opprimuntur, juste reformatur atque fulciantur, episcoporumque causæ et summorum negotiorum iudicia, salva apostolicæ sedis auctoritate, justissime terminentur. Hæc ab antiquis, hæc ab apostolis, hæc a santis patribus accepimus, et episcopis<sup>□</sup> ut postulaverunt rimanda, et futuris temporibus tenenda mittimus.<sup>672</sup>

4. Hucusque Anacletus. Sciendum autem quod quædam civitates antiquitus majores et in temporibus beati Petri et successorum ejus tenentes primatem sive metropolim inter alias, postea cessante principatu seculari amisere antiqua privilegia. Econtra quædam quæ minoris privilegii erant, faciente mutatione regnorum majores factæ sunt. Sicut Constantinopolis longe post decessum beati Anacleti, primatem inter alias optinuit. Vercellis in tempore Constantini primatem tenebat, sed longe post amisit, et Mediolanum pro ea primatem optinuit. Sic etiam de multis factum est. Nam et Lemovicas in temporibus beati Petri primatem<sup>yyyyyyyyyy</sup> super omnem Aquitaniam optinebat, in qua Stephanus rex principatum<sup>zzzzzzzzzz</sup> regni a fluvio Hrodanis usque ad Pirinea juga gubernans sedem regalem habebat. Unde quia tunc illa urbs inter alias et super alias Galliarum urbes frequentior et famosior et populosior eminebat, illic jubente Domino Jesu Christo et exhortante beato Petro beatus Marcialis discipulus Christi predicare<sup>aaaaaaaaaa</sup> coepit, et caput christianitatis in tota Gallia ibi exordium habuit ; et ibi prima ecclesia consecrata est ante omnes ecclesias quæ in Gallia esse antiquitus coeperunt ; et ibi primum in germen erupit per apostolum Dei planta christianitatis, per Jesum Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.

---

<sup>672</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXVI : primates leges (*sed legis D, P*) e. ; locis nostris (*sed nostri S\**) p. ; leges divinæ et (*sed divinæ B, S*) e. ; esse jussæ sunt (*sed jusserunt B, D, P, S*) ; eos (*sed eosque D, S*) appellarent ; primatum reverentur (*sed fruerentur D, S*) ; sicut in (*sed et in B, D, S*) ; singulæ metropolitæ c. ; a., vobisque ut postulastis r.

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.

*DICTA beati Anacleti papæ ad instructionem sanctæ Ecclesiæ, de pastoribus et de divinitate Jesu Christi domini nostri.*

## [LX]

1. Legem Dei sanctam omnibus episcopis<sup>□</sup> predicandam, ac cunctis fidelibus tradendam commendamus, ‘ne pastorum imperitia qui sequuntur deteriores fiant, dicente Domino per prophetam : *Ipsi pastores, ignoraverunt intelligentiam.*<sup>673</sup> Quos rursus, Dominus detestatur dicens : *Et tenentes legem nescierunt me.*<sup>674</sup> Nesciri ergo veritas se ab eis conqueritur, et nescire se principatum nescientium protestatur, quia profecto hi qui ea quæ sunt Domini nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo testante, qui ait : *Si quis ignorat, ignorabitur.*<sup>675>676</sup> ‘Hinc et psalmista non optantis animo, sed prophetantis misterio<sup>□</sup> denuntiat dicens : *Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva*!<sup>677>678</sup> ‘Obscuratis ergo oculis dorsum<sup>bbbbbbbbbb</sup> flectitur, quoniam cum lumen scientiæ perdunt qui preeunt, sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinantur sequentes.’<sup>679</sup> ‘Hic ergo inter manus latronum et dentes furentium luporum utcumque versamur,’<sup>680</sup> ideo et docere alios et nos ipsos prout Dominus dederit providere debemus. Sane percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit<sup>cccccccccc</sup> infirmorum. Ideo tenere episcopos<sup>□</sup> et omnes fideles oportet *eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit consolari in doctrina sancta, et contradicentes redarguere,*<sup>681</sup> et recte viventes atque rectam fidem tenentes consolidare.<sup>682</sup>

---

<sup>673</sup> Is. 56, 11.

<sup>674</sup> Jer. 2, 8.

<sup>675</sup> I Cor. 14, 38.

<sup>676</sup> GREG. M., *Past.* I, 1 (SC, 381, p. 130-132).

<sup>677</sup> Ps. 68, 24.

<sup>678</sup> GREG. M., *Past.* I, 1 (SC, 381, p. 132).

<sup>679</sup> GREG. M., *Past.* I, 1 (SC, 381, p. 132).

<sup>680</sup> AUG., *Serm.* 46, 14 (CC SL, 41, p. 541).

<sup>681</sup> Tit. 1, 9 : amplectentem e. ; s. exhortari i. ; d. sana, e. eos qui contradicunt arguere.

<sup>682</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXVI : tradenda mandamus, ne ; prophetantis ministerio (*sed* misterio B, P) ; tenere vos et.

2. Nunc de vera Christi divinitate loquamur : ‘Illis ergo qui dicunt quod Filius in eo minor est, quia propheta inquit : Verbum faciet Dominus brevium universo orbi,<sup>683</sup> ita respondendum divinis est testimoniis : *Verbum brevium quod faciet Dominus super terram,*<sup>684</sup> non inminutionem deitatis in filio Dei significat, sed dispensationem susceptæ carnis adnuntiat. In qua<sup>□</sup> dispensatione non solum Patre hominis filium, sed etiam angelis legimus minoratum, Paulo attestante : *Eum autem, inquit, modico minus quam angelis minoratum vidimus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum.*<sup>685</sup> Et infra : *Propter quam causam, non confunditur fratres eos vocare dicens : Adnuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesie laudabo te.*<sup>686</sup> Et propheta inquit : *Minorasti eum paulo minus ab angelis ; gloria et honore coronasti eum.*<sup>687</sup> Et ut *verbum* Dei Patris *brevium* non esse in Filio doceamus, hanc ex<sup>□</sup> Isaie prophetæ volumine sententiam approbamus : *Numquid adbre-[fol. 132]-vium factus est sermo meus aut parvus, ut non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum, dicit Dominus omnipotens ?*<sup>688</sup> Et iterum hæc dicit Dominus omnipotens : *Numquid abbreviata est manus mea, ut salvare non possit,*<sup>689</sup> aut non potest vivificare cor humilium et spiritum contritorum ?<sup>690</sup> Et ut brachium Patris quæ manus est Filium esse doceret, intulit dicens : *Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutare ejus.*<sup>691, 692 693</sup>

3. ‘Nam et novissimo tempore<sup>□</sup> hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore Dominus pro redemptione<sup>□</sup> nostra carnem suscipiendo advenit, ut et illum qui habebat mortis imperium sua morte destrueret,<sup>694</sup> et eos quos in tenebris et umbra mortis captivos subegerat,<sup>695</sup> virtutis suæ potentia

<sup>683</sup> cf. Is. 10, 23 : abbreviationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terre.

<sup>684</sup> Rom. 9, 28.

<sup>685</sup> Hebr. 2, 9.

<sup>686</sup> Hebr. 2, 11-12.

<sup>687</sup> Ps. 8, 6.

<sup>688</sup> Is. 50, 2 (VL) : abbreviata facta est manus mea.

<sup>689</sup> Is. 59, 1.

<sup>690</sup> Is. 57, 15 : vivificet ; et cor contritorum.

<sup>691</sup> Is. 52, 10.

<sup>692</sup> cf. PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* 1, 43.

<sup>693</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXVII : In quali dispensationem (*sed* qua dispensatione B, D, S) non ; hanc Isaie (*sed* ex Isaie B, D, P, S).

<sup>694</sup> cf. Hebr. 2, 14.

<sup>695</sup> cf. Luc. 1, 79.

in ipso parvo et exiguo temporis spatio liberaret.<sup>696</sup> De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem cum adhuc tempus haberent<sup>□</sup> incedere premebat : *Pueri*, inquit, *novissima hora est.*<sup>697</sup> *Dum lucem habetis, ambulate in lucem, ne vos tenebræ comprehendant !*<sup>698</sup> Et in canonicis apostolorum legitur epistulis : *Filioli, novissima hora est,*<sup>699</sup> *quia multi pseudo-prophetæ exierunt in hunc*<sup>□</sup> *mundum.*<sup>700</sup> Et Paulus : *Tempus enim breve est.*<sup>701</sup> Et iterum : *Præterit enim figura hujus mundi.*<sup>702</sup> Et iterum : *Omnia hæc ad correptionem nostram facta sunt, in quos finis seculorum obvenit.*<sup>703,704 705</sup>

4. ‘Nam Dominus in ipsa Oratione dominica breviavit nobis sermonem, dum nos a multiloquio prohibens pauca docuerit quæ pertineant ad salutem : *Cum oratis*, inquit, *nolite multum loqui.*<sup>706</sup> Et infra : *Vos autem cum oratis, dicite : « Pater noster, qui es in cælis, et cetera. »*<sup>707</sup> Non enim propheta filium Dei in hoc capitulo minoratum designavit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per apostolos et apostolicos viros, hoc est apostolorum discipulos, novissimo tempore loquitur : *Ego*, inquit, *qui loquebar in servos meos prophetas, ecce adsum.*<sup>708</sup> Et alius propheta : *Sicuti est ab initio usque in seculum, neque adjectum est ei neque minuetur illi*, quoniam ipse<sup>□</sup> est Dominus creaturæ suæ.<sup>709</sup> Ecce quale verbum brevium fecit Dominus in orbem<sup>□</sup> terrarum. Non quia, ut illi putant, inferiorem Patri intimaret hominibus Filium, sed quia novissimum ejus adnuntiaret adventum.<sup>710</sup> ‘Si ergo, ut prediximus in ea scriptura quam de sacerdotibus ad sacerdotes scripsimus<sup>□</sup>, Aaron filii presbiterorum figuram gestabant, et Aaron summi

<sup>696</sup> cf. Eph. 6, 10.

<sup>697</sup> I Joh. 2, 18.

<sup>698</sup> Joh. 12, 35.

<sup>699</sup> I Joh. 2, 18.

<sup>700</sup> I Joh. 4, 1.

<sup>701</sup> I Cor. 7, 29.

<sup>702</sup> I Cor. 7, 31.

<sup>703</sup> I Cor. 10, 11.

<sup>704</sup> PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I, 43.

<sup>705</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXVII : novissimo temporum (*sed* tempore B, P) ; pro redemptionem nostram (*sed* redemptione nostra B, D, P) ; tempus haberet (*sed* haberent B, D, P, S) i. ; in hoc (*sed* hunc B, D, P, S) m.

<sup>706</sup> Matth. 6, 7.

<sup>707</sup> Matth. 6, 9.

<sup>708</sup> Is. 52, 6.

<sup>709</sup> Eccli. 42, 21-22.

<sup>710</sup> PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I, 43.

sacerdotis, id est episcopi, Moyses indubitanter Christi tenebat<sup>711</sup> formam. Quoniam fuit similitudo mediatoris Dei qui est inter Deum et hominem Jesus Christus,<sup>711</sup> qui est verus dux populorum<sup>712</sup> et verus princeps sacerdotum et dominus pontificum, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.<sup>712 713</sup>

5. Sciendum quia vir apostolicus dicitur apostolus, sicut Sedulius de Juda ait :

Pridem discipulus, qui nunc reus.

Tunc vir apostolicus, nunc vilis apostata factus.<sup>714</sup>

Dicitur etiam vir apostolicus apostolorum discipulus, sicut Clemens, et<sup>dddddddddd</sup> Titus.

Dicitur etiam vir apostolicus omnis episcopus, quia omnes episcopi in loco apostolorum sunt. Quicumque autem discipulus Domini fuit in carne, si postea predicator ejus factus est, apostolus jure esse dicitur.

---

<sup>711</sup> cf. I Tim. 2, 5.

<sup>712</sup> ISID., *Eccl. off.* II, 5, 4 (CC SL, 113, p. 57, 31-38).

<sup>713</sup> PS. ISID., *Anacleti secunda* XXVII : quoniam in se (*sed ipse B, D, P, S*) e. ; in orbe (*sed orbem B*) t. ; ut prædictum est, Aaron (*sed Aaron filii presbiterorum figuram gestabant, et Aaron P*) summi ; Christi tendebat (*sed tenebat B, P, S*) f. ; dux populi (*sed populorum B, P, S*) et.

<sup>714</sup> SEDUL., *Carm. pasch.* 5, 136 et 138.

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.

*DICTA beati Anacleti papæ ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ, de honore et ordine sacerdotum Christi.*

## [LXI]

1. Anacletus, servus Christi Jesu in apostolica sede a Domino constitutus, et a sancto Petro apostolorum principe presbiter ordinatus, omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus, salutem et pacem. Gratias agamus omnes *benedicto Deo<sup>¶</sup> et Patri domini nostri Jesu Christi, qui sicut apostolus ait, benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Jesu filio suo. Ipse elegit nos per filium suum<sup>¶</sup> ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in caritate. Ipse predestinavit nos in adoptionem filiorum suorum per filium suum<sup>¶</sup> in ipso Christo Jesu. Ipse secundum propositum voluntatis suæ predestinavit nos in laudem gloriæ gratiæ suæ. In ipsa gratia sua<sup>¶</sup>, gratificavit nos per ipsum dilectum filium suum. In quo filio ejus habemus redemptionem per sanguinem ejus in remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus. Ipse Deus Pater gratia sua<sup>¶</sup> abundavit in nobis, in omni sapientia et prudentia, quæ Christus est, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum bonum<sup>¶</sup> placitum suum quod proposuit in ipso Christo. Ipse in dispensatione plenitudinis temporum instauravit omnia per Christum filium suum, quæ in cælis et quæ in terra sunt in ipso Jesu. In qua<sup>¶</sup> etiam sorte Christi, omnes christiani vocati sunt<sup>¶</sup>, predestinati secundum propositum<sup>¶</sup> ejusdem Dei Patris, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut sint<sup>¶</sup> omnes in laudem gloriæ ejus qui sperant<sup>¶</sup> in Christo.*<sup>715 716</sup>

<sup>715</sup> Eph. 1, 3-12 : nos in ipso a. ; per Jesum Christum in ipsum ; In qua g. ; Quæ superabundavit ; beneplacitum ejus q. ; sorte et nos vocati sumus, p. ; ut simus in ; ejus nos qui ante speravimus in.

<sup>716</sup> Ps. ISID., *Anacleti tertia* XXVIII : Benedictus Deus et Pater D. ; nos ante (*sed* in ipso ante P) ; per Jesum Christum in Spiritu (*sed* ipsum B, D, P) ; In qua gratificavit nobis in dilecto filio suo ; ejus quæ a. ; secundum bonu (*sed* bonum B) placitum ejus q. ; In quo (*sed* qua P) etiam sorte vocati sumus p. ; propositum voluntatis (*sed* propositum B, D, P, S) e. ; ut scimus (*sed* simus D, P, S) in ; qui ante

2. De primatibus, super quibus me quidam episcoporum consulere<sup>eeeeeeeeee</sup> voluerunt<sup>□</sup>, aut si esse deberent an non<sup>□</sup>, quantum hactenus de his a beato Petro apostolo et reliquis apostolis, et a beato Clemente sancto predecessore nostro<sup>□</sup> et martire statutum novimus, denegare episcopis<sup>□</sup> minime possumus. Et quis est<sup>□</sup> qui quærentibus fratribus denegare possit dubitationes vel necessitates eorum? Sacerdotum, fratres, ordo bipertitus est, et sicut Dominus illum constituit a nullo debet perturbari. Scimus<sup>□</sup> autem a Domino apostolos esse electos et constitutos, et<sup>ffffff</sup> post ascensionem ejus<sup>□</sup> per diversas provincias ad predicandum dispersos. Cum vero messis coepit crescere, videns Dominus paucos esse operarios,<sup>717</sup> hoc est duodecim<sup>gggggggggg</sup> apostolos, ante passionem suam ad eorum adjumentum alios septuaginta<sup>hhhhhhhhhh</sup> duos<sup>□</sup> elegit discipulos.<sup>718</sup>

3. Hucusque Anacletus<sup>iiiiiiiiiii</sup>. Et misit eos dicens : *Ite, ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.*<sup>719</sup> Episcopi vero apostolorum propter majorem dignitatem, presbiteri quoque septuaginta<sup>iiiiiiiiiii</sup> duorum discipulorum sive apostolorum propter minorem dignitatem locum tenent. Dignitatem illam videlicet, qua duodecim<sup>kkkkkkkkkk</sup> frequentiores erant consiliis Domini et ab eo primum sunt electi. Minorem dignitatem in aliis dicimus, quia postea sunt electi et non ita frequenti et familiari cum fabulatione Domini eos legimus sicut illos primos duodecim<sup>iiiiiiiiiii</sup>. Quia tamen a Domino ipso missi sunt, apostoli fuerunt, sed tamen subjecti illis prioribus, sicut presbiteri subjecti sunt episcopis. Et licet minores prioribus fuerint, apostoli tamen sunt, attestante Paulo : *Apparuit, inquit, Dominus undecim, deinde apostolis omnibus.*<sup>720</sup> Illos quoque septuaginta<sup>mmmmmmmmmm</sup> duos Evangelium non dicit presbiteros, sicut illos duodecim<sup>nnnnnnnnnn</sup> non dicit episcopos. Sed illos et istos dicit operarios, hoc est

---

speravimus in.

<sup>717</sup> cf. Luc. 10, 2 : Messis quidem multa, operarii autem pauci.

<sup>718</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXVIII : quidam vestrum consuluerunt, utrum si ; deberent aut non (*sed* annon *D, P, S*) ; Clemente et (*sed* sancto predecessore nostro et *D, P, S*) ; denegare vobis m. ; Et qui (*sed* quis est qui *D, P, S*) ; Scitis autem ; post ea per ; septuaginta (*sed* septuaginta duos *D\**) elegi præcepit d.

<sup>719</sup> Luc. 10, 3.

<sup>720</sup> cf. I Cor. 15, 5 et 15, 7.

predicatores, et ab ipso Domino missos esse, hoc est apostolos. Proprie enim illi sunt apostoli qui cum Domino fuerunt et ab ipso ad predicandum missi sunt.

4. Item Anacletus dicit : Episcopi apostolorum, presbiteri quoque septuaginta<sup>oooooooooooo</sup> duorum<sup>o</sup> discipulorum locum tenent. Episcopi autem non in castellis aut modicis civitatibus debent constitui, sed presbiteri per castella et modicas civitates atque villas debent ab episcopis ordinari et poni, singuli tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab uno sed a pluribus debet episcopis ordinari, et ut dictum est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen episcopi, aut aliubi, sed ad<sup>o</sup> honorabilem urbem titulandus et denominandus est. Presbiter vero ad qualemcumque locum vel ecclesiam<sup>o</sup> in eo constitutam est preficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ durandus. Amplius quam isti duo ordines sacerdotum nec nobis a Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt.<sup>721</sup>

5. Episcoporum<sup>o</sup> vero ordo unus est, licet sint primates illi qui primas civitates tenent, qui et in quibusdam locis ‘patriarchæ’ a nonnullis vocantur. Illi autem qui in metropoli a beato Petro ordinante Domino, et a prædecessore nostro predicto sancto<sup>o</sup> Clemente seu a nobis constituti sunt, non omnes primates vel patriarchæ esse possunt. Sed illæ urbes quæ prefatis et priscis temporibus primatem tenere, episcopi eorum<sup>o</sup> [fol. 132v] patriarcharum aut primatum nomine fruuntur. Reliquæ vero metropoles, archiepiscoporum aut metropolitanorum, et non patriarcharum aut primatum utantur nominibus, quia hæc eadem et leges<sup>o</sup> seculi in suis continentur<sup>o</sup> principibus. Aliæ autem primæ civitates, quas episcopis<sup>o</sup> conscriptas in quodam tomo mittimus, a sanctis apostolis et a beato Clemente sive a nobis primates predicatorum acceperunt.<sup>722</sup>

6. Hucusque Anacletus. Sciendum autem quia in civitatibus modicis, in quibus antiquitus non erant episcopi, nunc episcopi constituuntur. Ita in quibus olim primates erant, nunc quædam<sup>pppppppppp</sup> incuria temporum privilegiis suis carent. Et primates et archiepiscopi et episcopi et corepiscopi unus ordo est, sed tamen nomine per gradus dignitatum divisus. Presbiteri vero conjuncti sunt episcopis ordine uno, sed tamen

<sup>721</sup> PS. ISID., *Anaclei tertia* XXVIII : septuaginta (*sed* septuaginta duorum *D*\*) discipulorum ; aut alicubi (*sed* aliubi *B, P*), *sed* in (*sed* ad *P*) *h.* ; ecclesiam quæ (*sed* ecclesiam *B*) *in.*

<sup>722</sup> PS. ISID., *Anaclei tertia* XXIX : Et apostolorum (*sed* Episcoporum *B, D, P, S*) *v.* ; predicto Clemente (*sed* sancto Clemente *B, D, P, S*) servante (*sed* seu *B, D, P, S*) *a* ; tenere episcoporum (*sed* episcopi eorum *S*) *p.* ; eadem e legibus (*sed* et leges *B, D, P, S*) *s.* ; suis continent *p.* ; quæ vobis *c.*



subjecti propter scismata et hæreses. Duodecim apostoli et alii septuaginta<sup>qqqqqqqqqq</sup> duo, unus ordo fuit apostolorum, quia ab uno magistro, hoc est Christo, missi sunt, sed tamen posteriores subjecti fuerunt prioribus, sicut presbiteri episcopis. Sed sicut presbiteri ad apicem episcopatus quidam promoventur<sup>rrrrrrrrrr</sup>, ita ex illis septuaginta<sup>ssssssssss</sup> duobus apostolis ad apicem ligandi et solvendi episcopalem promoti et provincias quasdam orbis in sorte predicationis nacti, ita pleno jure sunt in apostolatus apice, ac si unus de illis duodecim<sup>tttttttttt</sup>.

7. Quis enim beatum Marcialem, cujus apostolatus signaculum provincia est Aquitania,<sup>723</sup> deneget esse apostolum, non minus quam priores duodecim<sup>uuuuuuuuuu</sup> ? Nam cum ipse sit unus ex septuaginta<sup>vvvvvvvvvv</sup> duobus, postea tamen a Christo potestatem ligandi et solvendi accepit, ut sit apostolus sicut antiqui patres nostri dixerunt, non minus quam si esset unus de duodecim<sup>wwwwwwwwww</sup>. Manifestum quoque quia Marcialis jubente Domino per legationem Petri primus Galliam intravit, et ecclesia quæ prima in Galliis facta est primatem tunc jure optinuit. Hæc autem fuit ecclesia Lemovicensis, absque dubio prima omnium ecclesiarum Galliæ. Provinciam quoque Aquitaniam Marcialis totam Christi legibus subdidit, nec dubitandum ejus temporibus Bituricam et Burdegalam metropoles seculi legibus fuisse. Non autem qui tunc vel a beato Petro vel Clemente primos episcopos acceperunt, omnes nunc metropoles vel primates sunt, atterente vetustate et incuria temporis et mutatione principatus regnorum, omnia tempora disponente et gubernante Jesu Christo domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.

---

<sup>723</sup> cujus apostolatus – est Aquitania] cf. BEDA, *Hist. Angl.* II 1, 1.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.**

***Dicta beati Anacleti papae de dignitate summorum<sup>xxxxxxxxxx</sup> sacerdotum, ad ædificationem Ecclesiæ.***

**¶LXII**

1. Sacrosancta Romana et<sup>¶</sup> apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum optinuit, sicut ipse beato Petro apostolo dixit : *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferi non prevalebunt adversus eam<sup>yyyyyyyyyy</sup>, et tibi dabo claves regni cælorum. Et quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata et in cælo<sup>¶</sup> ; et quecumque<sup>xxxxxxxx</sup> solveris super terram, erunt soluta et in cælo.*<sup>724</sup> Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis,<sup>725</sup> qui uno die unoque tempore gloriosa morte<sup>¶</sup> cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est. Et ambo sanctam Romanam ecclesiam consecrarunt<sup>aaaaaaaaaa</sup>, aliisque omnibus urbibus in universo mundo eam sua presentia atque venerando triumpho pretulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus, beatissimus apostolus, Romanis proprio cirographo pollicetur dicens : *Testis enim mihi est<sup>¶</sup> Deus, cui ego servio in spiritu meo in evangelio filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio, semper in orationibus meis.*<sup>726</sup> Prima ergo sedes est cælesti beneficio Romana ecclesia, quam ut memoratum est, beatissimi Petrus et Paulus suo martirio consecrarunt.<sup>727</sup>

2. Secunda autem sedes, apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo atque evangelista consecrata est, quia ipse et in Ægipto primum verbum veritatis directus a Petro predicavit, et gloriosum suscepit martirium, cui venerabilis successit Abileus.<sup>728</sup>

<sup>724</sup> Matth. 16, 18-19.

<sup>725</sup> cf. Act 9, 15.

<sup>726</sup> Rom. 1, 9-10.

<sup>727</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXX : Romana apostolica (*sed* et apostolica B, D, P, S) ; in cælis (*sed* cælo P) et ; t. gloriosam mortem (*sed* gloriosa morte B, D, P, S) cum ; mihi (*sed* mihi est B, D, P) Deus cui (*sed* cui ego B, D, S) servio.

<sup>728</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXI.

3. Tercia vero sedes, apud Antiochiam<sup>o</sup>, id est beati Petri apostoli, habetur honorabilis, quia illic<sup>bbbbbbbbbb</sup> priusquam Romam veniret habitavit, et Euvodium<sup>o</sup> episcopum constituit ; et illic nomen primum christianorum novellæ gentis exortum est.<sup>729</sup>

4. Hucusque Anacletus. Sciendum autem quod, sicut Marcialis, propinquus et condiscipulus beati Petri, a Domino et ipso ‘Petro directus primus<sup>ccccccccccc</sup> verbum veritatis in’ Galliis predicavit, et primam ecclesiam in Lemovica urbe perfecit, ita quarta sedes est Lemovica ecclesia Stephani protomartiris nomine, habens in eadem civitate secundam ecclesiam nomine beati Petri, quam idem Marcialis, adstante rege Stephano et frequentia regni Aquitanici, consecravit.<sup>730</sup>

5. Hierosolimorum sedes sicut in ipsa urbe Dominus crucifixus est et resurrexit et in cælum ascendit, et ibi Spiritus Sanctus super apostolos venit, ita<sup>ddddddddddd</sup> sublimiori privilegio super omnes ecclesias excellit, preter eam ecclesiam cui præsedit ille cui Dominus ipse dixit : *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni cælorum.*<sup>731</sup>

6. Item beatus Anacletus dicit : Reliquas sedes primatum in<sup>o</sup> quodam tomo episcopis scripsimus, prolixitatem in presenti vitantes.<sup>732</sup>

7. Inde namque et<sup>o</sup> beati apostoli inter se statuerunt ut episcopi singularum scirent gentium quis inter eos primus esset, quatinus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. Nam et inter beatos apostolos, quædam fuit discretio. Et licet omnes essent apostoli, Petro tamen a Deo<sup>o</sup> est concessum, et ipsi inter se id ipsum voluerunt, ut reliquis omnibus preesset apostolis, et cæphas, id est caput, et principium teneret apostolatus. Qui et eandem formam suis successoribus, et reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in Novo Testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit.

<sup>729</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXII : Antiocham ejusdem (*sed* Antiocha B) id ; et Ignatium episcopum PL.

<sup>730</sup> *cf. Vita Martialis. II* XXII.

<sup>731</sup> Matth. 16, 18.

<sup>732</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXII : prediximus (*sed* prediximus in B, D, P, S) quodam modo (*sed* tomo B, D, S) vobis conscriptas direximus, prolixitatem apostolicæ vitantes.

Unde scriptum est : *Moises et Aaron in sacerdotibus ejus* ;<sup>733</sup> id est primi inter eos fuerunt. Et quamvis ita sit ordinatum, *nemo tamen quod suum est quærat, sed quod alterius.*<sup>734</sup> Unde ait beatus apostolus Paulus : *Unusquisque placeat proximo suo in bonum, ad ædificationem.*<sup>735</sup> Et sicut ipse Salvator suis discipulis ait : *Qui major est vestrum, erit minister vester*, et reliqua.<sup>736</sup> Et licet super his aliqua dicta sint, repetentes tamen sæpius admonemus ut semper in omnibus et ab omnibus<sup>□</sup> vitentur electiones mentis et corporis. Et quantum major unusquisque videtur esse, tantum<sup>□</sup> sit humilior. *Sicut Dominus salvator noster non venit ministrari, sed ministrare.*<sup>737</sup> *Et si aliquis preoccupatus fuerit episcoporum<sup>□</sup> in quodam delicto, episcopi<sup>□</sup>, qui spirituales sunt, instruant eum spiritu lenitatis.*<sup>738 739</sup>

8. Si que<sup>oooooooooooo</sup> vero causæ difficiliores inter episcopos<sup>□</sup> ortæ fuerint, ad Romanæ<sup>□</sup> sanctæ sedis apicem eas quasi ad caput referant<sup>□</sup>, ut apostolico terminentur iudicio, quia sic Domino velle, ab eoque ita constitutum esse, antedictis testimoniis declaratur. Hæc vero apostolica sedes, cardo et caput, ut fatum<sup>□</sup> est, a Domino et non ab alio est constituta. Et sicut cardine hostium regitur, sic hujus sanctæ sedis auctoritate, omnes ecclesiæ Domino disponente reguntur.<sup>740</sup>

9. Accusatores autem et testes esse non possunt contra episcopum nec aliquem hominem aut mulierem, ‘qui ante<sup>□</sup> hesternum aut nudiustercius die inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci se velint. Inoffensus igitur accusatorum et testium affectus quærendus est, et non susceptus.’<sup>741</sup> ‘Causam autem suam episcopi et reliqui sacerdotes et clerici<sup>□</sup> alieno non committant iudicio.’<sup>742</sup> Valde enim iniquum est ut omissis suis, alii quilibet illorum<sup>□</sup> se causis

---

<sup>733</sup> Ps. 98, 6.

<sup>734</sup> I Cor. 10, 24.

<sup>735</sup> Rom. 15, 2.

<sup>736</sup> Matth. 23, 11.

<sup>737</sup> Matth. 20, 28 : Sicut filius hominis n.

<sup>738</sup> Gal. 6, 1 : d., vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in s.

<sup>739</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXIII : namque beati (*sed* et beati *B, D, P*) ; a Domino est ; omnibus vitentur (*sed* et ab omnibus vitentur *B, D, P, S*) elationes m. ; tanto (*sed* tantum *B, D, S*) sit ; fuerit frater in ; d., vos qui spirituales estis, instruite eum in s.

<sup>740</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXIV : inter vos o. ; ad hujus s. ; caput referte ut ; ut factum (*sed* fatum *S*) est.

<sup>741</sup> AMBR., *Epist.* VIII, 56, 2-3 (*CSEL*, 82, 2, p. 85, 29-32).

<sup>742</sup> AMBR., *Epist.* X, 74, 31 (*CSEL*, 82, 3, p. 72, 341-342).

inmisceant, quoniam nullis in locis spiritualis cura deficit<sup>□</sup>, sed extenditur per omnia qua predicatur nomen domini nostri Jesu Christi, cui est gloria in secula. Amen.<sup>743</sup>

---

<sup>743</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXV : qui aut (*sed* ante *B, D, P, S*) hesterno et (hesternum aut *B, D, P, S*) nudiustercius die (*sed* diem *B, D, P, S*) inimici fuerint ; Causam enim vestram alieno nolite committere j. ; s., alius quislibet aliorum (*sed* alii quilibet illorum *P*) se ; cura defecit (*sed* deficit *B, D, P, S*) sed extendit (*sed* extenditur *D, S*) per.

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPAЕ.

[fol. 133]

*DICTA beati Anacleti papæ ad ædificationem episcoporum et totius sanctæ Ecclesiæ.*

## [LXIII]

1. Studendum est omnibus episcopis et reliquis sacerdotibus et omnibus clericis et laicis ut non æmulationes malæ, sed piæ sint inter eos<sup>□</sup> dilectiones. *Quia nos in hoc discipulos Domini veros<sup>□</sup> esse omnes noverint, si dilectionem habuerimus<sup>□</sup> ad invicem.*<sup>744</sup> ‘Ex omni ergo genere plurimos Deus dignatur attrahere<sup>□</sup>, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis suæ,<sup>745</sup> et ex<sup>□</sup> vasis iræ faciat vasa misericordiæ.<sup>746,747</sup> Unde nos<sup>□</sup> summopere studendum est ut cooperatores simus gratiæ Dei<sup>fmfmfmfmfm</sup>, qui ad hoc vocati sumus ejusque familiari colloquio sociati et sacerdotes sacrati, ut<sup>□</sup> fructuosos illi manipulos reportemus,<sup>748</sup> cooperante gratia ejus.<sup>749</sup>
2. ‘Necesse est autem ut rectores a subditis timeantur, ab ipsisque corrigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant.’<sup>750</sup> ‘Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum prediaque diripiunt. Ipsi autem ea quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt ; nostri quoque detractores et morum corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur, proprie nos ipsos decipiunt,’<sup>751</sup> et ideo juste infames sunt, et merito ab Ecclesia extorres fiunt.<sup>752</sup>

<sup>744</sup> Joh. 13, 35 : hoc discipuli mei estis o. ; dilectionem habueritis ad.

<sup>745</sup> cf. Col. 1, 13 (VL).

<sup>746</sup> cf. Rom. 9, 22-23.

<sup>747</sup> CAELEST., *Epist.* 21 (col. 535<sup>C</sup>-536<sup>A</sup>).

<sup>748</sup> cf. GREG. M., *In evang.* 1, 17, 16 (PL, 76, col. 1148).

<sup>749</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXV : inter vos dilectiones. Quia vos in ; Domini esse (*sed* veros esse B, D, P, S) ; d., habueritis ad ; dignatur acquirere (*sed* attrahere B, D, P, S) q. ; et vasis (*sed* ex vasis B, D, S) i. ; Unde nobis s. ; s. et (*sed* ut B, D, P, S) fructuosos.

<sup>750</sup> GREG. M., *Past.* II, 6 (SC, 381, p. 204, 28-31).

<sup>751</sup> ISID., *Sent.* III, 38, 5 (col. 709).

<sup>752</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXVI.

3. ‘Pro meritis sane plebis sæpe pastores depravantur<sup>¶</sup> Ecclesiæ, ut proclivius corruant qui sequuntur. Capite videlicet languescente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur, sicut scriptum est : *Omne caput languidum et omne cor merens, a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.*<sup>753,754</sup> Quapropter manifestum est *diabolum*, qui *sicut leo rugiens circuit quærens quem possit devorare,*<sup>755</sup> cordibus plebium suadet<sup>¶</sup> ut doctores atque pastores suos detractionibus irrogent<sup>¶</sup> vel accusent, ut plebibus languescentibus vel angentibus<sup>¶</sup>, non tenentes<sup>¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶</sup> pastoribus frena eorum lascivient<sup>hhhhhhhhhhhh</sup>, atque in ima ruant, ut salutem per eas periclitare possint. ‘Multum vero distant damna morum a damnis rerum temporalium : cum ista extra nos sint, illa<sup>¶</sup> vero in nobis.’<sup>756 757</sup>

4. ‘Sententia quoque Cham filii Noe damnantur, qui suorum doctorum vel prepositorum culpas produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstravit.’<sup>758,759 760</sup>

5. ‘Doctor autem vel pastor Ecclesiæ si a fide exorbitaverit<sup>¶</sup>, erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus<sup>¶</sup> magis est tolerandus quam dstringendus.’<sup>761</sup> ‘Quia rectores Ecclesiæ non ab alio quam a solo Deo sunt iudicandi, sicut ait propheta : *Deus stetit in sinagoga deorum*<sup>iiiiiiiiiii</sup>, in medio autem deos<sup>¶</sup> discernit.’<sup>762,763</sup> Unde oportet unumquemque fidelem si viderit aut cognoverit plebes suas adversus pastorem suum tumescere, aut clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere<sup>¶</sup> satagat, nec eis in quibuscumque negotiis misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori presumat, quoniam injuria vel honor sacerdotum,

---

<sup>753</sup> Is. 1, 5-6.

<sup>754</sup> ISID., *Sent.* III, 38, 3-4 (col. 709).

<sup>755</sup> I Petr. 5, 8.

<sup>756</sup> ISID., *Sent.* III, 38, 5 (col. 709).

<sup>757</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXVII : pastores deviantur (*sed* depravantur *D, P*) e. ; plebium suadere (*sed* suadet *D*) ; detractionibus derogent (*sed* irrogent *B, D, P, S*) vel ; vel e angentibus non detinentibus (*sed* tenentibus *B, D, S*) pastoribus frena earum lasciviant, a. ; ruant (*sed* ruant ut salutem per eas periclitare possint *B, P*). Multum ; s. alia (*sed* illa *D, P, S*) v.

<sup>758</sup> *cf.* Gen. 9, 22.

<sup>759</sup> ISID., *Sent.* III, 39, 4 (col. 710).

<sup>760</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXVIII.

<sup>761</sup> ISID., *Sent.* III, 38, 6 (col. 709).

<sup>762</sup> Ps. 81, 1 : deos dijudicat.

<sup>763</sup> ISID., *Sent.* III, 39, 5 (col. 710).

despectus vel reverentia est ipsius Jesu Christi domini nostri, cui est gloria in secula.

Amen.<sup>764</sup>

---

<sup>764</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXIX : fide exhorbitaverint (*sed* exhorbitaverit *B, D, P, S*) e. ; reprobis (*sed* reprobis moribus *B, D, P, S*) magis ; autem Deus (*sed* deos *D, P, S*) dijudicat (*sed* discernit *B, D, P, S*).



**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANACLETI PAPÆ.**

***Dicta beati Anacleti papæ de honore et oboedientia erga episcopos, ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ.***

**¶LXIV**

1. ‘Tam sacerdotes quam reliqui fideles omnem<sup>¶</sup> summam debent habere curam de his qui pereunt, quatinus eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.’<sup>765</sup> Ait ex hoc beatus apostolorum princeps Petrus, de sancto predecessore nostro Clemente plebibus predicando, quando docebat eas qualiter ei oboedire deberent, eumque observare inter cætera ita : ‘Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare ut ipse vobis dicat : « Cum illo nolite amici esse ! », sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus absque communicatione obsecundari, et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui hic<sup>¶</sup> in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliare ei qui omnibus præest, et per hoc redeat ad salutem cum oboedire coeperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse<sup>¶</sup> non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare Dei ecclesiam volunt, et reliqua...’<sup>766</sup> His aliisque quam plurimis documentis, facile unusquisque advertere potest qualiter oboedire et obtemperare debet prepositis suis, et qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt aut inimici.<sup>767</sup>

2. ‘Si quis enim hæc precepta non observaverit<sup>¶</sup>, hostis est animæ suæ.’<sup>768</sup> Et non tantum infamis, sed excommunicatus atque alienus ab Ecclesia efficiatur<sup>¶</sup>. Quoniam necesse est ea vitia ferro abscedere, quae aliis medicaminibus non sanantur. ‘Parcat autem unusquisque fidelium a laceratione vel detractone linguæ suæ, caveatque ne aut linguam aut aures habeat prurientes, id est ne aut aliis deroget detrahatque<sup>¶</sup> quoscumque, aut alios audiat derogantes vel detrahentes. Custodiatque

<sup>765</sup> ISID., *Sent.* III, 46, 4 (col. 715).

<sup>766</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 18, 1-3 (p. 386).

*cf. infra* Sermo in conc. II LXXV 2.

<sup>767</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XXXIX : f. omnes (*sed omnem B, D*) summam ; qui hic (*sed qui B, P*) in ; ipse amicus non est, et locutus fuerit his quibus ipse non.

<sup>768</sup> PS. HIER., *Vita cler.* 8 (col. 290<sup>D</sup>).

quisque sermones suos, et sciat quia quæcumque de aliis loquitur, sua sententia judicabitur. Caveat etiam omnis fidelis ne derogando quid in domo cujusquam agitur<sup>□</sup>, alia domus per eum cognoscat, sed omnium christianorum domos<sup>□</sup> quasi proprias amet. Nemo enim invito auditori, libenter refert.<sup>769</sup> ‘Sitque uniuscujusque studium non solum oculos castos servare, sed et linguam.’<sup>770</sup> NOS<sup>□</sup> autem sacerdotes, qui sumus sub Domini disciplina constituti<sup>iiiiiiiiii</sup>, sic nos exhibeamus<sup>□</sup> ut veri ministri Dei, et dispensatores ministeriorum ejus,<sup>771</sup> ut non vituperetur ministerium nostrum,<sup>772</sup> ne fiat in nobis<sup>□</sup> sicut scriptum est : *Erit sicut populus, sic sacerdos.*<sup>773 774</sup>

3. Sic enim nos nostrosque<sup>□</sup> et cunctos corrigamus, ut nemini noceamus. ‘Quatinus et ab hominibus bonam adquiramus<sup>□</sup> famam, et a Deo mercedis premium in æterna beatitudine percipere mereamur<sup>□</sup>. Et si quid adversi de unitate Ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, et Dei ecclesia fructusque servorum ejus maneant inconcussa.’<sup>775</sup> *Propter quod, karissimi, expectantes satagamus<sup>□</sup> immaculati Deo inveniri in pace, et Domini nostri longanimitatem<sup>□</sup> salutem arbitremur.*<sup>776</sup> *Simus ergo prudentes, et vigilemus in orationibus. Ante omnia autem mutuum in nobismetipsis<sup>□</sup> caritatem continuam habeamus<sup>kkkkkkkkkkkk</sup>, quia caritas operit multitudinem peccatorum. Simus hospitales invicem, sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administremus<sup>□</sup>, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Dum lo-[fol. 133v]-quimur<sup>□</sup>, quasi sermones Dei loquimur. Dum ministramus<sup>□</sup>, tamquam ex virtute quam administrat Deus*

<sup>769</sup> cf. HIER., *Epist.* 52, 14 (PL, 22, col. 538).

<sup>770</sup> cf. HIER., *Epist.* 52, 15 (PL, 22, col. 538).

<sup>771</sup> cf. I Cor 4, 1 (VL).

<sup>772</sup> cf. II Cor 6, 3.

<sup>773</sup> Is. 24, 2 et Os. 4, 9.

<sup>774</sup> PS. ISID., *Anacleti tertia* XL : non observabit (*sed* observaverit *B, D, P, S*) h. ; Ecclesia efficitur (*sed* efficiatur *B, D, S*). Quoniam nequitia (*sed* necesse *B, D, P, S*) est non (*sed* ea *B, D, P, S*) vitia ferro abscindere, q. ; deroget aut detrahat (*sed* deroget detrahatque *B, D, P, S*) q. ; cujusquam alia (*sed* agitur alia *P*) ; christianorum domus (*sed* domos *B, D, P, S*) q. ; Vos autem karissimi qui estis sub ; sic vos exhibete ut ; in vobis s.

<sup>775</sup> ZACH., *Epist.* 4 (col. 924<sup>D</sup>-925<sup>A</sup>).

<sup>776</sup> II Petr. 3, 14-15 : e., satagite immaculati et inviolati ei i. ; salutem arbitremini.

ministremus, *ut in omnibus honorificetur Deus Pater omnipotens, per Jesum Christum ejus  
filium cum Spiritu Sancto, cui est gloria et imperium in secula seculorum. Amen.*<sup>777 778</sup>

---

<sup>777</sup> I Petr. 4, 7-11 : Estote itaque prudentes, et vigilate in ; in vobismetipsis caritatem continuam habentes, q. ; illam administrantes ; Si quis loquitur, q. ; Si quis ministrat, t.

<sup>778</sup> Ps. ISID., *Anacleti tertia* XLI : enim vos vestrosque et cunctos corrigite ut nemini noceatis ; bonam adquiratis f. ; percipere mereamini ; e. satagite immaculati ejus invenire (*sed* ei inveniri *B, D, P, S*) in ; n. longanimitate (*sed* longanimitatem *P, S*) salutem arbitremini. Estote ergo prudentes atque vigilate in ; in vobismetipsis caritatem continuam habentes q. ; illam administrantes, s. ; Si quis loquitur q. ; Si quis ministrat t.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI EVARISTI PAPAЕ.**

Beatus Evaristus a beato Petro fuit...

***DICTA beati Evaristi papae ad instructionem sanctae ecclesiae Dei, de dignitate<sup>d</sup> diaconorum et de legitimo atque regulari conjugio.***

**[LXV]**

1. ‘Consulentibus dilectissimis fratribus, universis episcopis Africae regionis, quid super his quae in eorum<sup>d</sup> continebantur scripturis visum nobis esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid a beatis apostolis nobis traditum aut custoditum remaneret, optantes<sup>d</sup> ut retulerunt nostris instrui documentis. Si quidem dilectio ipsorum episcoporum<sup>d</sup> normam secuta prudentium ad sedem apostolicam referre maluit quasi ad caput, quid deberet de rebus dubiis custodire potius quam usurpatione presumere.’<sup>779</sup> Diaconi, qui quasi oculi videntur episcoporum<sup>d</sup> esse,<sup>780</sup> in unaquaque civitate juxta<sup>d</sup> apostolorum statuta non minus quam septem debent esse, qui custodiant episcopum predicantem, ne ipse<sup>d</sup> aut ab insidiatoribus quoquo modo infestetur<sup>d</sup>, aut laedatur a suis, aut verba divina detrahendo aut insidiando polluantur, vel despiciantur, sed<sup>d</sup> veritas spirituali redolet fervore. ‘Pax predicata labiis, cum voluntate animi concordet !’<sup>781 782</sup>

2. De conjugio similiter traditum habemus et custoditum ut<sup>d</sup> uxor legitime viro conjugatur. Aliter enim legitimum<sup>llllllllllll</sup>, ut a patribus accepimus et a sanctis apostolis eorumque successoribus traditum invenimus, non fit conjugium, nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, et a quibus custoditur uxor petatur<sup>d</sup>, et a parentibus propinquioribus sponsetur et legibus dotetur, et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranimphis, ut consuetudo docet, custodita et sociata, a proximis tempore congruo

<sup>779</sup> cf. INNOC. I, *Epist.* 6 (col. 495<sup>B-C</sup>).

<sup>780</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 12, 1 (p. 381).

<sup>781</sup> INNOC. I, *Epist.* 2, 14 (col. 481<sup>A</sup>).

<sup>782</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* 1 : de ordine diaconorum ; in vestris continebantur scriptis v. ; r. operantes (*sed* optantes B, D, S) ut retulistis n. ; dilectio vestra n. ; videntur episcopi e. ; civitate justa (*sed* juxta B, D, P, S) a. ; ne ipsi (*sed* ipse D, P) aut ; modo infestetur aut ; d. si (*sed* sed B, D, P, S) veritas.

petita legibus detur, et sollempniter accipiatur, et biduo vel triduo orationibus vacent, et castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur, et Domino suis in actibus placeant. Taliter enim et Domino placebunt, et filios non spurios sed legitimos atque hæreditabiles generabunt<sup>783</sup>. Quapropter, filii karissimi ipsi episcopi, et merito illustres fide catholica suffragante, ita peracta legitima scitote esse conjugia. Aliter vero presumpta, non conjugia sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes, potius quam legitima conjugia esse non dubitent<sup>784</sup>, nisi voluntas propria suffragaverit<sup>785</sup>, et vota succurrerint legitima.<sup>783</sup>

3. Hæc cuncta recitanda per omnes<sup>784</sup> ecclesias scripta ab episcopis dirigantur<sup>785</sup>, et nullus hæc precepta violet.<sup>784</sup>

4. Insuper de his quæ inique ab infidelibus et inhonestis laudantur, si quid tale probare<sup>785</sup> potuerint episcopi, iudicium ab eis fiat et inhibita coerceantur, et preterita mala et illicita conjugia si doceantur admissa, digna severitate corripiantur. De cetero vero caveantur talia per omnes ecclesias, ne Ecclesiæ sanctitas<sup>785</sup> per pastorum fatigata negligentiam perdat privilegia, quæ est per viros venerabiles consecuta<sup>785</sup>, prestante Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.<sup>785</sup>

<sup>783</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* II (1) : c. et (*sed* ut *D, P, S*) uxores (*sed* uxor *B, D, P, S*) legitime viro jugantur (*sed* conjugantur *B et* jugatur *D, P, S*) ; videntur petita enim nisi (*sed* et a quibus custoditur uxor petatur et *B, D, P, S*) a ; propinquioribusque non (*sed* propinquior *B, D, P, S*) sponsetur ; hæreditabiles generantur ; non dubitate n. ; propria suffragaverit (*sed* suffragaverit *B, D, S*) et.

<sup>784</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* II (3) : omnes Africanas ecclesias scripta dirigite, et.

<sup>785</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* II (5) : tale probari (*sed* probare *B*) poterit j. ; ne ecclesia sancta (*sed* ecclesiæ sanctitas *B, D, P, S*) per nostram f.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI EVARISTI PAPÆ.**

*Dicta beati Evaristi papæ ad ædificationem ecclesiæ Dei, de fide catholica contra hæreticos.*

**¶LXVI**

1. Fructus divinus est precepta divina custodire. Ea quoque deserere, presumptionem fieri nulli dubium est. Cur ergo indignum est unitatem<sup>□</sup> Ecclesiæ in omnibus regulis apostolicis custodire ? Idem omnes pariter et sentiamus, et pronuntiemus. Si aliter enim quam regula est ecclesiastica fuerint aliqua presumppta, perdunt profecto ipsi<sup>□</sup> transgressores se ipsos, qui<sup>□</sup> semetipsos decipiunt.<sup>786</sup>
2. Unitatem ergo in omnibus per omnes ecclesias custodire integram predicamus. Et de his quæ inique laudantur, si facta fuerint, ab episcopis digna severitate corripantur, ne sancta Ecclesia per diversas presumptiones dilaceretur.<sup>787</sup>
3. De his vero quibus<sup>nnnnnnnnnnnn</sup> ab insidiatoribus hæreticis fatigari audivimus catholicos viros<sup>□</sup>, unde et nos, consulere inter cetera episcopi voluerunt<sup>□</sup>, eo quod sint quidam hæretici qui arbitrantur ‘de Patre solo dictum esse, quia ipse *solus habet immortalitatem, et lucem<sup>□</sup> habitat inaccessibilem*’;<sup>788·789</sup> ita episcopi hæreticos apostolicis repercutiant ferulis, et divinis redarguant<sup>□</sup> preceptis : ‘Si solus Pater sine Filio, quod dicere nefas est, *lucem habitat inaccessibilem*, necesse est ut sequestratam Pater a Filio habeat mansionem. Quod si ita est, quonam modo idem Filius ad dexteram Patris adstans, a beato martire Stephano dicitur conspici, si Pater secundum ut<sup>□</sup> solus dicitur sedibus<sup>□</sup> contineri ? Absit hoc a sensu fidelium, Christo in unitate fidei adhærentium, quoniam

<sup>786</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* II (2) : est præcepta (*sed* unitatem *B, P*) ecclesiæ custodiri ; profecto transgressores (*sed* ipsi transgressores *B, P, S*) ; i. quia (*sed* qui *S*) s.

<sup>787</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* II (4).

<sup>788</sup> I Tim. 6, 16.

<sup>789</sup> PS. VIGIL. THAPS., *C. Varimad.* I, 66 (p. 75, 1-2).

sicut non obest Filio cum solus Pater dicitur *lucem inaccessibilem habitare*, ita non obest Patri cum sapientia, quæ est Filius, *girum cæli sola dicitur circumire*<sup>ooooooooooooo 790 791</sup>.

4. Pater itaque cum sit invisibilis et ingenitus, in Filio visus apostoli testimonio comprobatur. Et in<sup>□</sup> Filio a se inenarrabiliter genito mansisse ac requievisse monstratur, ipso Filio in propheta loquente : *Qui genuit me, requievit in tabernaculo meo.*<sup>792</sup> Et in Evangelio : *Pater in me manens, facit opera hæc.*<sup>793</sup> Et *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.*<sup>794</sup> Si in sinu Patris erat Filius ab initio, et ex corde Patris *verbum bonum eructatum est,*<sup>795</sup> quomodo non in corde paterno consistens, *lucem* cum eodem *inaccessibilem habitasse* credendus<sup>□</sup> est ? Numquid Pater absque ulla luce in Filio potuit commanere, aut *in tabernaculo* Filii sine eadem<sup>□</sup> potuit *requiescere*, cum idem Filius *candor sit æternæ lucis, et speculum sine macula deitatis* ?<sup>796</sup> *Quam*<sup>pppppppppppp</sup> Salomon *super salutem* suam *dilexisse* in se dicens, in cujus speciem semper delectare gestivit : *Super salutem, inquit, et speciem dilexi illam, et pro luce proposui habere illam, quoniam inextinguibile est lumen ejus.*<sup>797</sup> Hanc igitur lucem David propheta desiderans, anxius proclamat dicens : *Emitte lucem tuam, et veritatem tuam.*<sup>798</sup> Et iterum : *In lumine tuo videbimus lumen.*<sup>799</sup> In hujus igitur luminis claritate<sup>qqqqqqqqqqqq</sup>, Filius se ipsum in [fol. 134] monte tribus discipulis præostendit. Qui metu mortis perterriti prostratique in faciem, finem sibi vitæ adesse senserunt. Hanc, inquam, lucem in se fuisse demonstrans Filius proclamabat, et ut in eadem incederent discipulos premonebat. *Dum lucem habetis,* inquit, *ambulate* in lucem<sup>rrrrrrrrrrr</sup>.<sup>800</sup> Et iterum : *Ego sum lux* hujus<sup>□</sup> mundi. *Qui sequitur me non*

<sup>790</sup> cf. Eccli. 24, 8.

<sup>791</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* III : insidiatoribus fatigamini u. ; cetera voluistis eo ; et luce (*sed* lucem B, D, P, S) habitat inaccessibili (*sed* inaccessibilem B, D, P, S), ita eos apostolicis repercutite f. ; divinis redarguite preceptis. Non enim solus pater sine filio lucem accessibilem habitat, quia ubi pater est, ibi etiam filium esse indubitabili fide credendum est. Nam si ; secundum eos (*sed* ut B) s. ; sedibus lucis (*sed* sedibus B, D, S) contineri ? Absit a (*sed* hoc a B, D, P, S).

<sup>792</sup> Eccli. 24, 12.

<sup>793</sup> Joh. 14, 10.

<sup>794</sup> Joh. 1, 18.

<sup>795</sup> Ps. 44, 2.

<sup>796</sup> Sap. 7, 26.

<sup>797</sup> Sap. 7, 10.

<sup>798</sup> Ps. 42, 3.

<sup>799</sup> Ps. 35, 10.

<sup>800</sup> Joh. 12, 35.

*ambulabit<sup>801</sup> in tenebris, sed habebit lumen vitae aeternae.<sup>801</sup> Et evangelista : Erat lux vera, ait, quæ inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum.<sup>802 803</sup>*

5. Si hæc lux quæ creditibus promittitur<sup>801</sup> in Filio esse probatur, et cum æterno æterna esse dicitur, quomodo ab hæreticis<sup>801</sup> inaccessiblei luce Patris Filius separatur? Si enim<sup>801</sup> Filius *Deus verus, et vita æterna est,<sup>804</sup>* sine dubio in hac luce simul cum Patre habitare credendus<sup>801</sup> est, quam nullus modo nostri<sup>801</sup> hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri. Sed dum apparuerit, tunc vere illum videbit sicuti est, qui ejus conspectibus dignus fuerit coaptari. Et non sicut Moises cæterique prophetæ per enigmata et figuram, sed ipsam veraciter in Filio<sup>801</sup> secundum apostolum contuebitur deitatis imaginem. Nam si hunc<sup>801</sup> eundemque prophetæ testimonio subsequentem sereno mentis intuitu investigare volueris<sup>801</sup>, invenies Filium non posse ab hac luce Patris penitus separare<sup>801</sup>. Quoniam cum solum Filium dixerit *in terra cum hominibus conversatum,<sup>805</sup>* Patrem ab illo non fieri alienum.<sup>806 807</sup>

6. De fide enim catholica et<sup>808</sup> de omnibus aliis, *si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. Quoniam hoc est testimonium Dei quod majus est, quia<sup>809</sup> testificatus est de filio suo,<sup>808</sup>* quando dixit Deus Pater in baptismo Christi audiente Johanne Baptista : *Tu es filius meus dilectus ; in te complacui mihi.<sup>809</sup>* Et in transfiguratione in monte, audientibus tribus discipulis dixit Deus Pater : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui ; ipsum audite !<sup>810</sup>* Et imminente passione, audiente populo, ait Dominus ad

---

<sup>801</sup> Joh. 8, 12.

<sup>802</sup> Joh. 1, 9.

<sup>803</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* III : Et filio (*sed in filio D, P, S*) ; habitasse credendum (*sed credendus B, D, S*) est ; sine eodem p. ; lux mundi (*sed hujus mundi P, S*) ; non ambulat (*sed ambulabit S*) i.

<sup>804</sup> I Joh. 5, 20.

<sup>805</sup> cf. Bar. 3, 38.

<sup>806</sup> PS. VIGIL. THAPS., *C. Varimad.* I, 66 (p. 75-77, 5-60).

<sup>807</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* III : c. committitur (*sed promittitur B, D, P, S*) in ; quomodo a vobis i. ; enim Dei (*sed enim B, D, P*) filius ; habitare credendum (*sed credendus D, P, S*) est ; modo nostro h. ; in filium (*sed filio B, D, P, S*) s. ; si uno (*sed hunc B, D, P, S*) e. ; investigare invenies (*sed volueris invenies B, D, P, S*) ; penitus separari.

<sup>808</sup> I Joh. 5, 9.

<sup>809</sup> Luc. 3, 22.

<sup>810</sup> Matth. 17, 5.



Patrem : *Pater clarifica me in hora hac ! Tunc vox de caelo venit, Patris<sup>tttttttttt</sup> dicentis : Et clarificavi, et iterum clarificabo<sup>uuuuuuuuuu</sup>.*<sup>811</sup> Quid apertius<sup>vvvvvvvvvv</sup> est Patre teste ?<sup>812</sup>

7. *Qui ergo credit in filium Dei quia ipse est unus Deus cum Patre et Spiritu Sancto, habet testimonium Dei in se quia credit Deum Patrem esse veracem. Qui non credit<sup>wwwwwwwwww</sup> Filio mendacem facit Deum Patrem<sup>l</sup>, quoniam non credit in testimonio quod testificatus est Deus Pater de filio suo. Et hoc testimonium est quoniam<sup>l</sup> vitam æternam nobis dedit Deus Pater, hoc est ipsum Christum, et hæc vita est<sup>l</sup> in filio ejus Jesu Christo domino nostro. Qui habet Filium, habet vitam ; hoc est : qui Christum credit<sup>xxxxxxxxxxx</sup> esse verum<sup>yyyyyyyyyy</sup> Deum et æqualem Deo Patri, salvus est in æternum. Qui non habet filium Dei, hoc est qui non credit in eum, non habet vitam, hoc est non potest salvus esse.*<sup>813</sup> Sic autem dicit Johannes Evangelista : *Hæc scribo vobis, ut sciatis quoniam vitam habebitis æternam, qui creditis in nomine filii Dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad eum quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus ; scimus quoniam habemus petitiones<sup>zzzzzzzzzz</sup> quas postulamus ab eo.*<sup>814</sup> Hoc est : verè confidimus quia omnia dat nobis quæ juste petimus.<sup>815</sup>

8. De his autem qui injuste petunt a Domino, vel juste<sup>aaaaaaaaaaaa</sup>, ait ipse Johannes : *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, et est peccatum ad mortem, hoc est desperatio de filio Dei. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei, hoc est filius Dei, conservat eum, et malignus, hoc est mors, non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus, et mundus totus, hoc est qui in filium Dei non*

<sup>811</sup> Joh. 12, 28.

<sup>812</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* III : e., qui (*sed quia B, D, P, S*) testificatus.

<sup>813</sup> I Joh. 5, 13-15 : facit eum, q.

<sup>814</sup> I Joh. 5, 10-12.

<sup>815</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* III : facit eum quia (*sed quoniam D*) non ; est, vitam (*sed quoniam vitam D, P*) ; vita in (*sed est in D, S*).

credunt, *in maligno positus est, hoc est diabolus*<sup>bbbbbbbbbb</sup> sequitur. *Et scimus quoniam filius Dei venit, et dedit nobis*<sup>ccccccccccc</sup> *sensum, hoc est intellectum, ut cognoscamus verum Deum, et simus*<sup>□</sup> *in vero filio ejus, hoc est ut vere credamus quia Pater Deus omnipotens est, et filius Dei cum Patre verus Deus unus est. Hic est verus Deus, et vita æterna.*<sup>816</sup> Hoc est : Jesus Christus verus Deus est cum Patre et Spiritu Sancto, et per illum Jesum Christum habebunt omnes fideles vitam æternam. Hæc predicent episcopi<sup>dddddddddd□</sup> ; hæc omnibus nuntient. Se invicem exhortentur, *perfecti sint, semperque gaudeant. Pacem sectemur in omnes, et Deus pacis et dilectionis erit nobiscum.*<sup>817</sup> *Deo autem et Patri nostro, cum filio ejus Jesu Christo domino nostro et Spiritu Sancto, sit honor et gloria in secula seculorum. Amen.*<sup>818 819</sup>

---

<sup>816</sup> I Joh. 5, 16-20.

<sup>817</sup> II Cor. 13, 11 : De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini idemque sapite. Pacem habete, et ; erit vobiscum.

<sup>818</sup> Phil. 4, 20.

<sup>819</sup> PS. ISID., *Evaristi prima* III : et scimus (*sed simus B, D, P, S*) in ; Hæc predicate fratres, hæc omnibus nuntiate. Vos vero invicem exhortamini, perfecti estote, semperque gaudete. Pacem autem sectamini in ; erit vobiscum.

## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI EVARISTI PAPÆ.

*DICTA beati Evaristi papæ ad confirmandam ecclesiam Dei, de ordine pastoralis et honore.*

## [LXVII]

1. Evaristus, urbis Romæ episcopus, omnibus per Ægyptum Domino conglutinatis fratribus, in Domino salutem et pacem. ‘Unum nos, fratres, sentire oportet et agere, ut sicut legimus in nobis *unum cor et una<sup>o</sup> anima esse* probetur.<sup>820>821</sup> Scimus autem, sicut et a patribus accepimus, Christum esse caput nostrum, cujus et<sup>o</sup> membra omnes fideles sunt. Ipse enim est<sup>o</sup> sponsus Ecclesiæ, et Ecclesia sponsa est Christi, cujus Ecclesiæ filii omnes sunt fideles<sup>o</sup>, et *ideo omnes unum Patrem habemus Deum<sup>o</sup> in cælis.*<sup>822 823</sup>

2. Sacerdotes vero vice Christi legatione funguntur in Ecclesia.<sup>824</sup> Et sicut Christo<sup>o</sup> sua est conjuncta spiritualiter sponsa, id est Ecclesia, sic episcopis junguntur ecclesie<sup>oooooooooooo</sup>, unicuique<sup>o</sup> episcopo pro sua portione. Et sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere et caste custodire, sic episcopus et multotiens custodire<sup>o</sup> et amare atque prudenter regere debet ecclesiam suam. Et velut uxor quæ sub manu est viri oboedire debet viro suo, eumque amare et diligere, potius etiam ecclesia episcopo suo in omnibus oboedire, eumque amare et diligere ut animam suam debet<sup>o</sup>, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare uxorem suam<sup>o</sup>, ita nec episcopus ecclesiam suam, id est ut illam dimittat ad quam sacratus est absque inevitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, et alteri se<sup>o</sup> ambitus causa conjungat. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se vivente eo matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta apostolum aut viro suo debet reconciliari, aut manere innupta, ita ecclesiæ<sup>o</sup> non

---

<sup>820</sup> Act. 4, 32.

<sup>821</sup> LEO M., *Epist.* 9, prolog. (col. 624-625).

<sup>822</sup> Matth. 23, 9 : Unus est enim Pater vester, qui in cælis est.

<sup>823</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* IV : et anima (*sed una anima B, D, P, S*) ; cujus in (*sed et B, D, P*) membra sumus ; enim sponsus (*sed est sponsus D, P*) ; filii nos sumus et ; habemus Dominum in.

<sup>824</sup> *cf.* II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

licet dimittere, aut a se segregare episcopum suum, ut **adulterum**<sup>□</sup> vivente eo accipiat. Sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat. Id est ne alterum episcopum suo vivente accipiat, ut fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est si se alteri<sup>□</sup> episcopo junxerit, aut super se alterum episcopum<sup>□</sup> adduxerit, aut esse fecerit vel desideraverit, per acerrimam pænitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta<sup>mmmmmmr</sup> permaneat. Unde et Dominus in Evangelio loquitur dicens : *Siquis viderit mulierem ad concupiscendum<sup>□</sup>, jam moechatus est eam in corde suo.*<sup>825 826</sup>

3. Oportet vero episcopos<sup>□</sup> oportune et inopportune atque sine intermissione ecclesias suas<sup>eeeeeeeeeeee</sup> docere, easque<sup>□</sup> prudenter regere et amare, ut a vitiis se **abstineant**<sup>□</sup>, et salutem consequi possint æternam. Et ecclesia cum tanta reverentia episcopi sui doctrinam debet suscipere, eumque amare et diligere, ut legatum Dei et preconem veritatis, quia testante veritate, *quæcumque ligaverit episcopus super terram, erit ligatum et in cælo ; et quæcumque solverit super terram, erit solutum et in cælis.*<sup>827 828</sup>

4. Nimis timenda<sup>□</sup> est hæc sententia, et providendum est omnibus clericis et laicis<sup>□</sup> ne offendant eos qui tantam a Domino ha-[fol. 134v]-bent potestatem. Et ideo potius oboediendi, diligendi, et summopere sunt venerandi, non detrahendi vel lacerandi aut eiciendi, sed portandi et amandi, ipso dicente Domino : *Qui vos audit, me audit. Et qui vos spernit, me spernit.*<sup>829</sup> Ideo hæc omnibus fidelibus **predicamus**<sup>□</sup>, ut ab his se caveant, et posteris suis non malum sed bonum

---

<sup>825</sup> Matth. 5, 28.

<sup>826</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* IV : sicut ei sua ; e. unusquisque (*sed* unicuique B, D, P, S) pro ; episcopus et (*sed* et multo diligentius custodire et P) ecclesiam suam. Quia (*sed* Et velut uxor quæ sub manu est viri oboedire debet viro suo eumque amare et diligere, potius etiam ecclesia (*sed* ecclesiam B) episcopo suo in omnibus oboedire eumque amare et diligere ut animam suam debet. Quia B, D, P, S) ; adulterare ita (*sed* uxorem suam ita B, D, P, S) ; alteri ambitus (*sed* se ambitus B, D, P, S) ; ita ecclesia non ; ut alterum v. ; se altero (*sed* alteri D, P, S) episcopo conjunxerit (*sed* junxerit B, D, P, S) aut ; se altero episcopo (*sed* alterum episcopum B, D, P, S) a. ; ad concupiscentiam jam.

<sup>827</sup> Matth. 16, 19.

<sup>828</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* V : vero episcopum o. ; docere, eamque p. ; se abstineat, et salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reverentia ejus d.

<sup>829</sup> Luc. 10, 16.

exemplum relinquunt<sup>□</sup>, quoniam injuria episcoporum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur.<sup>830 831</sup>

5. Hoc dicimus quia audivimus a vobis per Ægypti provinciam<sup>□</sup> ‘infamatos et dilaceratos episcopos a civitatibus propriis pulsos, quia alibi episcopi constitui non possunt, nisi in civitatibus non minimis, et alios in eis ipsis viventibus constitutos.’<sup>832</sup> Ideo hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari et integerrime restitui debere. Illos vero qui adulterina fæditate suas<sup>□</sup> sponsas, quas et uxores eorum prefixo tenore esse intelligimus, tenent, eici et adulteros atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem adversus episcopos legitimos<sup>□</sup> aliquam querelam quis habuerit, his peractis inquirendum erit, et auctoritate Romanæ<sup>hhhhhhhhhhhhhh□</sup> sanctæ sedis terminandum, adjuvante Christo Jesu domino nostro, cui est honor et gloria in secula. Amen.<sup>833</sup>

<sup>830</sup> *cf.* II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

*cf. etiam supra* Sermo in conc. II XXXIX 3, LIII 1 *et* LX 3.

<sup>831</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* VI : Nimis amenda e. ; previdendum vobis ne offendatis eos ; hæc vobis et omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis et posteris vestris non ; exemplum relinquatis, q.

<sup>832</sup> *cf.* LEO M., *Epist.* 93, 3 (col. 939).

<sup>833</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* VII : vobis quosdam i. ; fæditate sua (*sed* suas B, D, P, S) sponsas quasi (*sed* quas et D, P, S) u. ; adversus eos aliquam querelam habueritis, his ; auctoritate hujus s.

**OMELIA IN CONCILIO EX DICTIS BEATI EVARISTI PAPÆ.*****Dicta beati Evaristi papæ ad corroborationem ecclesiæ Christi, et de reverentia sacerdotum.*****¶LXVIII**

1. ‘Omne bonum si ipsa per se in clericis et laicis<sup>□</sup> fuerit caritas facere eos docebit, sicut e contrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum facere odium docet.’<sup>834</sup> ‘Unde et omnes christiani<sup>□</sup>, quia veri Dei discipuli sunt<sup>□</sup>, abiciant a cordibus suis ante omnia discordias, et animorum dissensiones, ex quibus omne opus malum procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servant.’<sup>835</sup> ‘Sciantque cuncti clerici et laici quod supra omnes ipsos laborant episcopi<sup>□</sup>. Quia unusquisque clericorum et laicorum suum proprium fert laborem ; episcopus vero et suum et singulorum.’<sup>836</sup> Et ideo sicut episcopus<sup>□</sup> pro clericis et laicis omnibus, ita et clerici et laici<sup>□</sup> omnes pro episcopo suo summopere laborare debent, in tantum ut si etiam necesse fuerit animas suas pro eo ponant<sup>□</sup>, sicut et ipse episcopus animam suam pro suis clericis et laicis<sup>□</sup> si necesse fuerit ponere debet, ipso Salvatore dicente : *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.*<sup>837</sup> Clerici vero et laici omnes oboediant episcopis suis<sup>□</sup> et vigilant pro eis, quia *ipsi pervigilant quasi rationem pro animabus eorum<sup>□</sup> reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes.*<sup>838 839</sup>

---

<sup>834</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 9, 5 (p. 380).

<sup>835</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 11, 1 (p. 381).

<sup>836</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 16, 1 (p. 384).

<sup>837</sup> Joh. 10, 11.

<sup>838</sup> Hebr. 13, 17 : oboedite prepositis vestris et subjacete eis, ipsi enim p. ; a. vestris r.

<sup>839</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* VIII : in vobis fuerit caritas facere vos docebit ; et vos qui v. ; discipuli estis, abicite a cordibus vestris discordias (*sed* ante omnia discordias *B, D, P, S*) et aliorum (*sed* animorum *B, D, P, S*) dissensiones, assumite autem (*sed* ex quibus omne opus malum procedit et *B, D, P, S*) b. ; mente servate. Scitote c. ; omnes vos laborat episcopus. Ideo (*sed* Quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero et suum et singulorum. Et ideo *B, D, P, S*) sicut ille pro vobis o. ; et vos omnes pro eo summopere laborare debetis ; eo ponatis, s. ; pro vobis si ; Vos vero oboedite eis et vigilate pro ; animabus vestris r.

2. ‘Non est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus vel accusandus episcopus licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo vita rectorum. Exemplo David peccanti<sup>□</sup> ad comparationem principum, qui ex merito plebis prevaricantur.<sup>840,841</sup> ‘Sacerdotes autem exquirere debent peccata populorum, et sagaci sollicitudine unumquemque probare, juxta testimonium Domini ad Hieremiam dicentis : *Probatores, inquit, dedi te populo meo robustum, ut scias<sup>□</sup> et probes viam eorum.*<sup>842,843</sup> Ideo ista dico, quia *insidiator bona sæpissime solet convertere in malum, et in electis ponit maculam.*<sup>844 845</sup>

3. Unde si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a iudicibus Ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspitio vel opinio : qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito, si pro Deo aut pro vana gloria, aut inimicitia vel odio<sup>iiiiiiiiiiiiii</sup>, aut cupiditate ista sumpserint, necne. Hæc omnia fideliter sunt perscrutanda, et diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli qui prepositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis<sup>□</sup> molesti extiterint. Idcirco oculo recto primates ecclesiarum utiliter providere debent<sup>□</sup> ne quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur, intendentes sententiæ Domini qua ait : *Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris, et reliqua.*<sup>846 847</sup>

4. ‘Deus omnipotens ut nos a præcipitante sententiæ prolotione compesceret, cum omnia nuda et aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodome<sup>iiiiiiiiiiiiii</sup> noluit audita iudicare, priusquam manifeste agnosceret quæ dicebantur. Unde ipse ait : *Descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint, an non est ita, ut sciam.*<sup>848,849</sup> Deus omnipotens, cui nil absconditum est sed omnia ei manifesta sunt etiam antequam fiant, non ob aliud hæc et alia multa quæ hic prolixitatem vitantes

<sup>840</sup> cf. II Reg. 24.

<sup>841</sup> ISID., *Sent.* III, 39, 3 (col. 710).

<sup>842</sup> Jer. 6, 27.

<sup>843</sup> ISID., *Sent.* III, 46, 2 (col. 715).

<sup>844</sup> Eccli. 11, 33.

<sup>845</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* IX : David peccantis (*sed* peccanti M) ad ; ut scies (*sed* scias B, D, S) et probabis v.

<sup>846</sup> Matth. 18, 6 : expedit ei ut.

<sup>847</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* X : parum ipsi m. ; utiliter providendum est ne.

<sup>848</sup> Gen. 18, 21.

<sup>849</sup> GREG. M., *Moral.* XIX, 25, 46 (p. 992).

non inseruimus per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis et iudicandis negotiis essemus, et ne mala quorumquam prius quisquam presumat credere, quam probare. Cujus exemplo monemur ne ad proferendam sententiam umquam præcipites simus, aut temere indiligenterque indiscussa quæque quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce : *Nolite iudicare, ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini*, et reliqua.<sup>850 851</sup>

5. Hæc omnes teneamus ut placere valeamus Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.

---

<sup>850</sup> Matth. 7, 1-2.

<sup>851</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI.



## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS EVARISTI PAPÆ.

*Dicta beati Evaristi papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de iudicio temerario.*

## ¶LXIX

1. Admonemus omnes ut mala audita de fratre nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam credat, sed ante audita diligenter inquireat, nec<sup>¶</sup> precipitando quiddam aliquis agat. Si enim Dominus omnium Sodomorum mala quorum clamor ad cælum usque pervenerat omnia sciens, prius credere nec iudicare noluit<sup>¶</sup>, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quæ audierat<sup>kkkkkkkkkkkk</sup> et opere veraciter cognosceret, multo magis nos humani et peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, hæc precavere, et nullum ante veram justamque probationem iudicare aut damnare debemus, manifeste apostolo dicente Paulo, qui ait : *Tu quis es qui iudicas alienum servum ? Suo enim domino stabit aut cadit.*<sup>852 853</sup>

2. Item contra detractores<sup>¶</sup>, propheta loquitur dicens : *Nolite exaltare in excelsum cornu vestrum, loquentes in cervice veteri. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a solitudine montium, sed Deus iudex hunc humiliabit et hunc exaltabit. Quia calix in manu Domini, et<sup>¶</sup> vino meraco ad plenum mixtus, et propinabit ex eo. Verumtamen feces ejus potabunt bibentes<sup>¶</sup>, omnes impii terræ.*<sup>854 855</sup>

3. Item contra iudicatos fratrum, ait propheta : *Ab increpatione tua, Deus<sup>¶</sup>, consopitus est et currus et equus. Tu terribilis es, et quis stabit adversum te, ex tunc ira tua. De cælo auditum fecisti iudicium ; terra timens tacebit, cum surrexerit ad iudicandum Deus, ut salvos faciat<sup>¶</sup> omnes mites terræ.*<sup>856</sup> Et apostolus ait : *Michi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus.*<sup>857</sup> Et alibi idem inquit

---

<sup>852</sup> Rom. 14, 4.

<sup>853</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI : inquireat ne p. ; iudicare voluit, q.

<sup>854</sup> Ps. 74, 6-9 (Hebr.).

<sup>855</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI : unde et per prophetam (*sed* et propheta *S*) David Dominus (*sed* David *S*) loquitur ; D. ex (*sed* et *B, D*) vino ; potabunt viventes (*sed* bibentes *S*) o.

<sup>856</sup> Ps. 75, 7-10 (Hebr.) : c. adnuntiabis i. ; *sic* VL.

<sup>857</sup> Rom. 12, 19.

apostolus : *Sufficit unicuique objurgatio quæ fit a plurimis, ita ut magis donetis et conso-*[fol. 135]-*lemini*<sup>lullllllllllll</sup>, *ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui in angustia est. Propter quod obsecro vos ut confirmetis in illo caritatem.*<sup>858</sup> Et Dominus in Evangelio ait : *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et proximum tuum sicut te ipsum.*<sup>859</sup> *Dilectio enim proximi, malum non operatur.*<sup>860</sup> *Propter quod juxta apostolum inexcusabilis es, homo omnis qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condempnas. Eadem enim agis<sup>d</sup> quæ judicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem, in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo omnis qui judicas eos qui talia agunt et facis ea, quia tu effugies iudicium Dei ? An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contempnis ? Ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit ? Secundum duritiam autem tuam et inpœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus : his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem, quærentibus vitam æternam. His autem qui ex contentione et qui non adquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia, in omnem animam hominis operantis malum, Judei primum et Greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum !*<sup>861 862</sup>

4. Item contra accusatores fratrum alibi ait idem apostolus : *Causati sumus omnes sub peccato esse, sicut scriptum est : Quia non est justum quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverunt : simul inutiles facti sunt ; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum<sup>d</sup> patens est guttur eorum. Linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in viis eorum et<sup>d</sup> viam pacis non cognoverunt ; non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur ut omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo ; per legem enim, cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est,*

<sup>858</sup> II Cor. 2, 6-8 : Sufficit illi qui ejusmodi est o. ; qui ejusmodi est.

<sup>859</sup> Luc. 10, 27.

<sup>860</sup> Rom. 13, 10.

<sup>861</sup> Rom. 2, 1-10.

<sup>862</sup> Ps. ISID., *Evaristi secunda* XI : Deus Jacob (*sed* Deus B, S) c. ; salvos faceret o. ; enim agens (*sed* agis B, S) q.

*testificata a lege et prophetis. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, super omnes qui credunt. Non enim est distinctio : omnes enim peccaverunt et egent gloria<sup>863</sup> Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore, ut sit ipse justus, et justificans eum qui ex fide est Jesu Christi.*<sup>863 864</sup>

5. Item contra accusatores fratrum, idem apostolus ait : *Quis accusabit adversus electos Dei ? Deus qui justificat, quis est qui condempnet ? Christus Jesus qui mortuus est, immo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis ; quis ergo nos separabit a caritate Christi ? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames<sup>865</sup>, an gladius ? Sicut scriptum est : Quia propter te morte afficimur<sup>866</sup> tota die, estimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu domino nostro.*<sup>865 866</sup>

6. De his qui fratres non judicant nec despiciunt sed consolantur, dicamus ista : *Debemus enim<sup>867</sup> nos, ut ait idem apostolus, firmiores<sup>868</sup> imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere.*<sup>867</sup> De talibus item ait : *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bono, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est : Improperia<sup>869</sup> impropertium tibi ceciderunt super me.*<sup>868 869</sup>

7. Item de his qui non judicant sed consolantur fratres dicit : *Benedictus et Pater domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passionibus Christi in nobis, ita et*

<sup>863</sup> Rom. 3, 9-26.

<sup>864</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI : sepulchrum vero (*sed* sepulchrum B, D, P, S) p. ; e., in (*sed* et B, D, P, S) viam ; egent gloriam (*sed* gloria B, D, P, S) Dei.

<sup>865</sup> Rom. 8, 33-39 : te mortificamur t.

<sup>866</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI : fames, an nuditas, an periculum, an ; te mortificamur t.

<sup>867</sup> Rom. 15, 1.

<sup>868</sup> Rom. 15, 2-3.

<sup>869</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI : firmiores et (*sed* firmiores D, S) i.

*per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur, pro vestra exhortatione et salute ; sive exhortamur, pro vestra exhortatione, quæ operatur in<sup>□</sup> tolerantiam earundem passionum quas et nos patimur, et spes nostra firma est pro vobis. Scientes quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis.<sup>870</sup> Fidelis autem Deus, qui non patietur vos temptari super id quod potestis, sed faciet<sup>□</sup> cum temptatione etiam proventum ut possitis sustinere.<sup>871 872</sup>*

8. Hæc apostolus de benivolis fratribus dixit: Propter quod sectemur<sup>□</sup> semper *caritatem*, et æmulemur meliora et *spiritualia*,<sup>873</sup> et ‘adjuvemur nos<sup>□</sup> invicem, ut Deo semper in omnibus placere valeamus<sup>□</sup>.<sup>874</sup> Deus autem pacis sit cum omnibus fidelibus<sup>□</sup> !<sup>875</sup> Amen.<sup>876</sup>

[fol. 135v]

---

<sup>870</sup> II Cor. 1, 3-7 : p. ut spes ; firma sit p.

<sup>871</sup> I Cor. 10, 13.

<sup>872</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI : in vobis tolerantiam (*sed* in tolerantia S) ; sed faciat (*sed* faciet B, D, P, S) c.

<sup>873</sup> I Cor. 14, 1 : sectamini caritatem, æmulamini spiritualia.

<sup>874</sup> *cf.* Ps. 39, 14.

<sup>875</sup> II Cor. 13, 11 : pacis et dilectionis erit vobiscum.

<sup>876</sup> PS. ISID., *Evaristi secunda* XI : quod, karissimi, sectamini caritatem (*sed* semper caritatem S) et æmulamini m. ; et adjuvate vos i. ; placere valeatis ; omnibus vobis.

## &lt;SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ALEXANDRI PAPÆ&gt;

*DICTA BEATI ALEXANDRI PAPÆ de reverentia erga pastores, ad ædificationem ecclesiæ Dei.*

## [LXX

1. Alexander, episcopus Rome<sup>oooooooooooo</sup>, omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo domino famulantibus, salutem et pacem. Cogitantibus nobis metum divini iudicii, fratres karissimi, et post hanc vitam unumquemque prout gesserit recepturum, quid veniat in querelam tacere episcopis non licet<sup>]</sup>, sed eis loqui necessitas imperat, dicente propheta : *Exalta ut tuba vocem tuam* !<sup>877</sup> Et cur<sup>pppppppppppppp]</sup> omnium ecclesiarum mihi cura commissa est, si dissimulem admonere episcopos omnium ecclesiarum ? Nullus itaque novitatem in ecclesia Dei constituat, nisi ratione et auctoritate divini eloquii vel sanctorum patrum fuerit fulta et probata, ne audiamus<sup>]</sup>, Domino dicente : *Rejecistis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.*<sup>878</sup> Quid enim aliud est reicere mandatum Dei, quam privato consilio, iudicio humano novis rebus constituendis liberius delectari ? Unde et alibi scriptum est : *Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui.*<sup>879</sup> Terminos indubitanter transgreditur qui statuta patrum postponit atque confundit.<sup>880</sup>

2. Pervenit namque ad conscientiam apostolicæ sedis quod nonnulli per diversas mundi partes tam stolidi sint<sup>]</sup>, qui dominica praecepta et apostolorum eorumque successorum statuta minime observent, et eos de quibus Dominus ait : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei,*<sup>881</sup> non solum tangere minime dubitant sacerdotes Dei, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos in sede Romana constitutos persequantur, quia nec nos sine episcopis aliis<sup>]</sup>, nec illos sine nobis persequi possunt, quoniam nos in pastoralis cura constituti illius sumus discipuli qui *animas pro fratribus*

---

<sup>877</sup> Is. 58, 1.

<sup>878</sup> cf. Matth. 15, 6 : irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram.

<sup>879</sup> Prov. 22, 28.

<sup>880</sup> Ps. ISID., *Alexandri prima* I : non licuit sed nobis vobis loqui necessitas imperavit ; Et cui o. ; dissimulem audiam D.

<sup>881</sup> Zach. 2, 8 : vos enim tetigerit.

precepit *ponere*,<sup>882</sup> tamen ipsis persecutoribus<sup>□</sup> pericula et perditiones eorum non sumus ausi cælare, ne prophetica (quod absit !) damnemur sententia quæ ait : *Si adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti*<sup>□,883</sup> *si autem non adnuntiaveris ei, sanguinem ejus de manu tua requiram.*<sup>884 885</sup>

3. Est etiam et hoc ad Romanam<sup>□</sup> sanctam sedem perlatum, quod pudet dicere, et non solum sacerdotali, sed etiam omni christiano nomini est inimicum. Id est quod seculares viri nonnullos episcopos vel sacerdotes, aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt aliquas confessionis suæ scripturas in alteram partem quam debeant, aut pro suarum non requisitione rerum, aut quod deterius est<sup>□</sup> alieni erroris secta, scripturas facere, et propriis manibus roborare, et coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus et ergastulis recludi, ut saltem his territi insidiis deviant Domini sacerdotes, et suis faveant voluptatibus.<sup>886</sup>

4. Relatum insuper est ad hujus sanctæ et apostolicæ sedis apicem cui summarum dispensationes<sup>□</sup> causarum, et omnium negotia ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt quasi ad caput, ipso<sup>□</sup> dicente principi apostolorum Petro : *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*,<sup>887</sup> quod quidam æmuli Christi, ejusque sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare presumant, cum magis apostolus christianorum causas ad ecclesias deferri, et ibidem terminari precipiat. Taliter *prevaricantes, prevaricatores*<sup>□</sup> in Deum *sunt*.<sup>888</sup> Qui autem honorant sacerdotes, honorant ipsum Christum Jesum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.<sup>889</sup>

---

<sup>882</sup> I Joh. 3, 16.

<sup>883</sup> Ez. 3, 19 : adnuntiaveris impio a.

<sup>884</sup> Ez. 3, 18.

<sup>885</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* II : stolidi sunt (*sed* sint B, D, S), q. ; sine illis, nec ; t. eis pericula ; tuam liberabis.

<sup>886</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* III : ad hanc s. ; est pro (*sed* est B, S) a.

<sup>887</sup> Matth. 16, 18.

<sup>888</sup> Is. 24, 1 : prevaricantes, prevaricati s.

<sup>889</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* IV : summarum dispositiones c. ; ipsoque (*sed* ipso M) dicente ; p. prevaricaverunt in Dominum suum.



*estis quasi clibanus, quia devorastis iudices vestros.*<sup>896</sup> Ipsi enim declinant victimas Domini in profundum, qui eos devorant vel injuste lacerant qui<sup>l</sup> oculi Domini dicuntur. Nam si modo quisquam principis secularis oculos laceraret aut amoveret, esset reus criminis majestatis, an non ? Profecto aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro seculi potestatibus talia<sup>l</sup> hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis de quibus Dominus ait : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei ?*<sup>897</sup> Procul dubio hi qui eos persequuntur, et amovere<sup>l</sup> nituntur injuste contra apostolicam auctoritatem, si a morte prohibentur dicente Domino : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat,*<sup>898</sup> perpetua tamen notantur infamia, et exilio digni judicantur finitimo. De quibus persecutoribus a temporibus apostolorum et infra ista tenemus, atque decreta habemus : eorum accusandi episcopos vel testificandi in eos vocem obstruimus quos non humanis sed divinis actibus mortuos esse scimus. De quibus persecutoribus sacerdotum, Dominus loquitur per eundem prophetam : *Calumniam patiens fractus est iudicio, quoniam coepit abire<sup>l</sup> post sordem. Et ego quasi tineam Ephraim<sup>l</sup>, et quasi putredo domui Juda. Et vidit Ephraim languorem suum, et Judas vinculum suum, et abiit Ephraim ad Assur, et misit ad regem ultorem, et ipse non poterit sanare vos, nec solvere a vobis vinculum.*<sup>899</sup> Qui enim sacrilega persuasione persequuntur et lacerare nituntur episcopos, vel eos qui Domino recte sacrificant, indubitanter eum persequuntur et dilaniant cujus vice funguntur.<sup>900 901</sup>

3. De talibus item persecutoribus sacerdotum, ait Dominus per Johel prophetam : *Numquid ultionem redditis mihi ? Et si ulciscimini vos contra me, cito et velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.*<sup>902</sup> Item de talibus persecutoribus, per Amos prophetam Dominus inquit : *Quis sapiens et intelliget ista, intelligens et sciet hæc ? Quia rectæ viæ Domini et justi ambulabunt in eis, prevaricatores vero corruent in eis.*<sup>903</sup> Et ipsa<sup>mmmmmm</sup> per se Veritas ait : *Qui*

<sup>896</sup> Os. 7, 7 : calefacti sunt q. ; et devoraverunt iudices suos.

<sup>897</sup> Zach. 2, 8.

<sup>898</sup> Ez. 33, 11.

<sup>899</sup> Os. 5, 11-13.

<sup>900</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

<sup>901</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* v : estis speculationi (*sed speculationis B, D, S*) et ; l. quia (*sed qui B, D, S*) oculi ; talia ab (*sed talia B, S*) h. ; et amovere (*sed amovere B, D, M, S*) n. ; coepit ambire (*sed abire D, M, S*) p. ; t. Ephraim (*sed Ephraim et quasi putredo domui Juda, et vidit Ephraim B, D, M, S*) languorem (*sed languorem suum et Judas vinculum suum B, D, M, S*) et abiit.

<sup>902</sup> Joel 3, 4.

<sup>903</sup> Os. 14, 10.



[fol. 136] *vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.*<sup>904</sup> His et aliis fulti quamplurimis dominicis preceptis, vitantes hominum perditiones, cum omnibus hujus sanctæ sedis Romanæ, quam Dominus caput totius Ecclesiæ constituit, membris talia fieri prohibemus, ne confundatur populus<sup>¶</sup> Domini in æternum, sed salutem æternam consequamur omnes in Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.<sup>905</sup>

---

<sup>904</sup> Luc. 10, 16.

<sup>905</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* v : confundatur corpus (*sed* populus B, D, S) D.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ALEXANDRI PAPAE.**

***DICTA BEATI ALEXANDRI papae de reverentia sacerdotali, ad ædificationem Ecclesiæ.***

**[[LXXII**

1. A sanctis predecessoribus nostris inhibatum legimus ut nemo contristet doctores, neque accusationem adversus eos suscipiat. Ipse quoque apostolorum princeps, in ordinatione beati Clementis, populum instruens ait : ‘Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum ; et patrem omnium acerbat Deum, propter quod et vita carebit.’<sup>906</sup> Et de his qui consolantur fratres, ait doctor gentium : *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite et sustentate illum in spiritu lenitatis ! Considerans teipsum, ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.*<sup>907 908</sup>

2. Has considerantes pietates, et pericula vitantes animarum, una cum omnibus Domini sacerdotibus qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem Romam, et cum omnibus hujus capituli membris, sicut a beatis apostolis<sup>ssssssssssss</sup> et a reliquis sanctis patribus ac<sup>□</sup> successoribus eorum accepimus, statuente decernimus omnes qui sanctos patres persequuntur, aut amovere vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse et alienos a limitibus<sup>□</sup> ecclesiæ usque ad satisfactionem fieri, quia sic odit eos Deus qui adversus patres armantur, ut patrum invasores vel destructores, qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quoniam si nec loqui eis licet quibus doctores summi quos episcopos vocamus propter eorum scelera adversantur, quanto magis eis qui eos infestantur nec consentiendum est nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus ? Quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, rei sunt. Unde et idem beatus princeps apostolorum Petrus, in ordinatione sancti predecessoris nostri Clementis, instruens clerum et populum, ait : ‘Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare ut ipse vobis dicat : « Cum illo nolite amici

<sup>906</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 2, 5 (p. 376).

<sup>907</sup> Gal. 6, 1-2.

<sup>908</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* V.

esse ! »), sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus absque communicatione obsecundari<sup>909</sup>, et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliare<sup>910</sup> ei qui omnibus preest, et per hoc redeat ad salutem, cum oboedire coeperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare Dei ecclesiam volunt. Et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem quæ inimica sunt gerit, et ecclesiam dispergit ac vastat.<sup>909 910</sup>

3. Similiter si sacerdotibus Dei vel hujusmodi personis quædam scripturæ quoquo modo per metum aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut se liberare possint, quocumque ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis prejuditium aut nocumentum pervenire censemus. Neque ullam eis infamiam vel calumniam, aut a suis sequestrationem umquam, auctore Domino, et sanctis apostolis eorum successoribus sustinere permittamus<sup>911</sup>. Confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso attestante, qui ait : *Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemie*<sup>912</sup>, et cætera quæ sunt ad hæc pertinentia.<sup>911</sup> Nec tantum adtendenda sunt quæ fiunt, quantum quo animo fiunt<sup>913</sup>. Quorum exempla si omnia scribere coeperimus, ante dies quam exempla deficient. Unde et illud est quod Dominus ad munera Abel respexit, et non ad Cain. Quia magis intendit ad offerentis animum, quam ad ea quæ offeruntur. Inde et Dominus per prophetam inquit : *Dominus scit cogitationes hominum.*<sup>912</sup> Et per Oseem<sup>913</sup> vatem ait : *In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini*, et reliqua.<sup>913</sup> Et Dominus in Evangelio : *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum, et clauso hostio ora patrem tuum* !<sup>914</sup> Omnis enim confessio quæ fit ex necessitate, fides non est. Et apostolus ait : *Corde enim creditur ad justitiam ; ore autem confessio fit in salutem.*<sup>915</sup> Amplius autem respicit Deus ad cogitationes et spontaneas voluntates, quam

<sup>909</sup> RUFIN., *Epist. Clement.* 18, 1-4 (p. 386).

*cf. supra* Sermo in conc. II LXVII 1.

<sup>910</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* VI : p. et a (*sed ac B, D, S*) successoribus ; a liminibus (*sed limitibus B, M*) E. ; communicatione obsecundare, et ; citius reconciliari ei.

<sup>911</sup> Matth. 15, 19 : enim exeunt cogitationes malæ, h.

<sup>912</sup> Ps. 93, 11.

<sup>913</sup> Os. 8, 1.

<sup>914</sup> Matth. 6, 6.

<sup>915</sup> Rom. 10, 10.



**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ALEXANDRI PAPÆ.**

***Dicta beati Alexandri papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de honore  
pastorum, de sacrificio missæ, de aqua sacrata, de officio sacerdotum.***

**¶LXXIII**

1. Pejus malum esse non æstimamus<sup>¶</sup>, quam christianis suis invidere sacerdotibus. Novit autem Dominus qui sunt ejus. ‘Nec potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit iudicio.’<sup>918</sup> Si omnia namque in hoc sæculo vindicata essent, locum divina non haberent iudicia.<sup>919</sup>

2. Quod autem ad alios iudices prius non debeant quam ad se<sup>¶</sup> sacerdotes vel actores Ecclesiæ accusare<sup>¶</sup>, ita a tempore apostolorum et infra observatum et definitum invenimus. Si quis erga episcopum vel actores Ecclesiæ quamlibet querelam habere justam crediderit, non prius primates<sup>¶</sup> aut alios adeat iudices, quam ipsos a quibus se læsum estimat conveniat familiariter non semel sæpissime, ut ab eis aut suam justitiam, aut justam accipiat excusationem. Si autem secus egerit, ab ipsis et ab aliis communionem privetur, tamquam apostolorum patrumque aliorum contemptores. De quibus contemptoribus sacerdotum, ait propheta : *Erunt quasi non sint ; et peribunt viri qui contradicunt vobis.*<sup>920 921</sup>

3. De oblationibus sacramentorum dicamus : In sacramentorum oblationibus quæ inter missarum solempnia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, ut ejus cujus corpus et sanguis conficitur passio celebretur, ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet enim, ut a patribus accepimus et ipsa ratio docet, in calice Domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere ejus sua in passione profluxisse legitur. Ipsa vero Veritas nos instruit calicem et panem in sacramento offerre, quando ait : *Accepit Jesus panem et benedixit, deditque discipulis suis dicens : « Accipite et manducate : hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur ! »* Similiter postquam

<sup>918</sup> ISID., *Synon.* II, 86 (col. 864<sup>C</sup>).

<sup>919</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* VII : non æstimo quam christianos s.

<sup>920</sup> Is. 41, 11 : contradicunt tibi.

<sup>921</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* VIII : ad sacerdotes (*sed se sacerdotes B, D, S*) ; Ecclesiæ accusari (*sed accusare D, S*) ita ut (*sed ita B, D, S*) a ; primates superiores (*sed primates B, D, S*) aut.

cænavit, *accepit calicem ; dedit* discipulis suis *dicens* : « Accipite et *bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum !* »<sup>922</sup> Crimina enim atque peccata oblatis his Domino sacrificiis delentur. Idcirco et passio ejus in his commemoranda est, qua redempti sumus, et sæpius recitanda, atque hæc Domino [fol. 136v] *offerenda ; talibus hostiis delectabitur et placabitur Dominus, et peccata dimittet*<sup>923</sup> ingentia.<sup>923</sup> Nihil enim in sacrificiis majus esse potest quam corpus et sanguis Christi, nec ulla oblatio hac<sup>924</sup> potior est, sed hæc omnes precellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, et pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli et venerari debet.<sup>924</sup>

4. Nunc de aqua sacrata dicamus : Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur. Quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat atque mundabat,<sup>925</sup> multo magis aqua sale aspersa, divinisque precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperso per Heliseum prophetam sterilitas aquæ sanata est, quanto magis divinis precibus sacratus<sup>926</sup> sterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinos sanctificat et purgat, et cætera bona multiplicat, et insidias diaboli avertit, et a fantasmatis versutiis hominem defendit ! Nam si tactione fimbriæ vestimenti Salvatoris salvatos infirmos non dubitamus, quanto magis virtute sacrorum ejus verborum divinitus sacrantur elementa quibus sanitatem corporis et animæ humana percipit fragilitas !<sup>926</sup>

5. His ergo et aliis instructi documentis, vota singulorum Domini sacerdotes respiciant<sup>927</sup>, et virtute Spiritus Sancti divinis precibus per ministerium sibi<sup>927</sup> divinitus collatum perficere certent<sup>927</sup>. Elementa quoque tam ea quæ prediximus, quam cætera divinis apta usibus et humanis necessaria infirmitatibus sacrent<sup>927</sup>, infirmos curent, et cætera quæ illis<sup>927</sup> pertinent diligenter perficiant. Ipse enim Salvator, tribuendo nobis exemplum, discipulis ait suis : *In nomine meo dæmonia eicite,*<sup>927</sup> infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate, et cætera ! *Super infirmos* etiam ipsi sacerdotes

<sup>922</sup> Matth. 26, 26-28 : et manducate : h. ; dedit illis d. ; est enim sanguis meus, qui pro multis effundetur.

<sup>923</sup> cf. Hebr. 13, 15-16 : Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo (...), talibus enim hostiis promeretur Deus.

<sup>924</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* IX : peccata dimittit (*sed dimittet D, M*) i. ; oblatio hanc (*sed hac B, D, M, S*) p.

<sup>925</sup> cf. Hebr. 9, 13.

<sup>926</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* IX : precibus sacrata (*sed sacratus B, M*) s.

<sup>927</sup> Marc. 16, 17 : dæmonia eicient.

*manus suas inponant<sup>d</sup>, et bene habebunt infirmi.*<sup>928</sup> Tanta et talis virtus sacerdotibus Christi concessa est ab ipso Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula seculorum. Amen.<sup>929</sup>

---

<sup>928</sup> Marc. 16, 18 : super ægros manus imponent, et.

<sup>929</sup> PS. ISID., *Alexandri prima IX* : sacerdotes respicite et virtutes (*sed* virtute *S*) S. ; ministerium vobis d. ; perficere certate ; infirmitatibus sacrate, infirmos curate, et ; quæ vobis pertinent diligenter perficite ; manus imponite, et.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ALEXANDRI PPAE ET MARTIRIS.**

*Dicta beati Alexandri papae et martiris ad corroborationem Ecclesiae, de fide catholica et orthodoxa.*<sup>930</sup>

**[[LXXIV**

1. Fidem sanctae Trinitatis sic docendam a sancto Petro apostolo et a patribus nostris et predecessoribus accepimus, et omnibus episcopis et sacerdotibus Domini reliquis<sup>¶</sup> tradendam subditis destinamus et precipimus.<sup>931</sup>

2. Esaias namque propheta de sancta Trinitate et unitate ait: *Vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum, et seraphin stabant in circuitu ejus: sex alae uni et sex alae alteri. Duabus velabant faciem, duabus autem velabant pedes, et duabus volabant; et clamabant ad alterutrum dicentes: « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. »*<sup>932 933</sup>

3. Si trinitas non est Pater et Filius et Spiritus Sanctus, quare tertio ‘sanctus’ dixerunt? Aut si unitas non<sup>vvvvvvvvvvv</sup> est in Patre et Filio et Spiritu Sancto, quare sub trina repetitione unum Deum ac Dominum intimarunt? Si sancta<sup>wwwwwwwwwwwwww</sup> Trinitas non est, cur in Geneseos dicitur: *Dixit Deus,<sup>934</sup> fecit Deus,<sup>935</sup> benedixit Deus?*<sup>936</sup> Si sancta unitas non est, quare tertio dixit ‘deus’, et ‘deos’ plurali numero non<sup>xxxxxxxxxxxxx</sup> commendavit? Propter sanctam Trinitatem<sup>¶</sup>, in Exodo dictum est tertio: *Domine, Domine, Domine, miserator et misericors.*<sup>937</sup> Propter sanctam

<sup>930</sup> cf. PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I 1 (p. 11-14).

<sup>931</sup> PS. ISID., *Alexandri prima X*: accepimus, vobisque t.

<sup>932</sup> Is. 6, 1-3: stabant super illud; clamabant alter ad alterum.

<sup>933</sup> PS. ISID., *Alexandri prima X*.

<sup>934</sup> Gen. 9, 8 et 21, 12.

<sup>935</sup> Gen. 1, 3, 1, 7 et 1, 28, *inter al.*

<sup>936</sup> Gen. 25, 11.

<sup>937</sup> Ex. 34, 6: Dominator, Domine, Deus miserator et clemens.



unitatem<sup>□</sup>, dum tercio ‘Domine’ dicitur<sup>□</sup>, postea ‘miserator’ singulariter dicit, et non ‘miseratores’, ne<sup>□</sup> plures ostenderet, intimavit.<sup>938</sup>

4. Si denique trinitas non est Pater et Filius et Spiritus Sanctus unus Deus, cur Abraham ad ilicem Mambrae sedens, tribusque occurrens, uni<sup>□</sup> ‘Domine’ dixit,<sup>939</sup> et non, ut viderat, tribus salutationis obsequium reddidit? Si trinitas non est et unitas in Patre et Filio et Spiritu Sancto, quare cum Moysi *Deus Abraham et Deus Isahac*<sup>xxxxxxxxxxxxx</sup> et *Deus Jacob* tercio diceretur, unitatem ostendens, *hoc mihi nomen est* dixit,<sup>940</sup> non ‘hæc sunt nostra nomina’ designavit? Propter trinitatem<sup>□</sup>, David tercio dixit: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus!*<sup>941</sup> Et propter unitatem<sup>□</sup>, cum Deum tercio nominasset, ‘benedicat’ dixit, et non ‘benedicant’ adjunxit. Si trinitas non est, cur Esaias denuo dicit: *Dominus Deus Sabahot, Deus Israel, qui sedes super cherubin?*<sup>942</sup> Et si unitas non est, quare<sup>□</sup> ‘qui sedes’ dixit, et non ‘qui sedetis’ adstruxit?<sup>943</sup>

5. Item si trinitas non est, quare<sup>□</sup> in Regnorum libro dicitur: *Dominus*<sup>□</sup> Deus omnipotens, *Deus Israel, sermone tui fideles sint?*<sup>944</sup> Et si unitas non est, quare ‘tui’ dicitur, et non ‘vestri’ potius intimavit<sup>□</sup>? Propter sanctam Trinitatem, quia vere est unus Deus Pater et filius et Spiritus Sanctus, in Psalmo quinquagesimo octavo<sup>xxxxxxxxxxxxx</sup> cantatur: *Domine virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes!*<sup>945</sup> Et propter unitatem, qua unum sunt in deitate tres personæ<sup>□</sup>, ‘intende’ posuit, et non ‘intendite’ ut predicatus est intimavit.<sup>946</sup>

6. Iterum si sancta Trinitas non est, quare in Apocalypsi tercio dicitur<sup>□</sup>: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui est et qui erat?*<sup>947</sup> Et si unitas non est, quare non ‘qui sunt et

<sup>938</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* X: numero non (sed numero B, D, S) c.; si trinitas non est, quare i.; si unitas non est, quare d.; tertio Domino (sed Domine B, D, M, S) diceret, p.; miseratores, ut p.

<sup>939</sup> cf. Gen. 18, 1-3.

<sup>940</sup> Ex. 3, 15.

<sup>941</sup> Ps. 66, 7-8.

<sup>942</sup> Is. 37, 16: Domine exercituum, Deus.

<sup>943</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* X: o. uno (sed uni B, D, S) D.; si trinitas non est, quare d.; si unitas non est, quare c.; est, cur (sed quare B, D, M, S) q.

<sup>944</sup> cf. III Reg. 8, 26.

<sup>945</sup> Ps. 58, 6.

<sup>946</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* X: est, cur i.; Domine (sed Dominus D, S) D.; potius intimatur? Si trinitas non est, quare i.; si unitas non est, quare i.

<sup>947</sup> Apoc. 4, 8.

qui erant' pluraliter designavit<sup>948</sup> ? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est : *Dominus Deus tuus misericors est, et audiet vocem tuam* ?<sup>948</sup> Et si unitas non est, quare 'audiet' posuit, et non 'audient' intimavit ? Propter sanctam Trinitatem, quia vere est<sup>949</sup>, in Hiesu Nave dicitur libro : *Dominus Deus noster, Deus deorum est.*<sup>949</sup> Et propter unitatem<sup>950</sup>, 'est' dixit, et non 'sunt', morem<sup>951</sup> locutionis non inducens. Quia vere trinitas est, ideo Helias orando dixit : *Domine, Domine, Deus Israël, ostende quia tu es Deus meus* !<sup>950</sup> Et quia<sup>951</sup> unitas est, 'ostende' et non 'ostendite' posuit.<sup>951</sup>

7. At vero si trinitas non est, cur Mardocheus orando : *Domine, Domine, Deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt* dixit ?<sup>952</sup> Et si unitas non est, quare 'in tua' posuit, et non 'in vestra' signavit ? Adhuc si trinitas non esset, non<sup>953</sup> etiam Judith orando diceret<sup>953</sup> : *Domine, Domine, Deus omnium virtutum, respice in orationem meam* !<sup>953</sup> Et si unitas non esset, non designaret<sup>954</sup> 'respice', sed 'respicite'. Quia vere trinitas est, ideo in Hieremia dicitur : *Dominus Deus vester, Deus verax est.*<sup>954</sup> Et quia vere<sup>955</sup> unitas est, 'verax est' dixit, et non 'veraces' potius intimavit.<sup>955</sup>

8. Propter trinitatem<sup>956</sup>, in Apocalipsi scriptum est : *Dominus<sup>956</sup> Deus et spiritus prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri cito.*<sup>956</sup> Et propter unitatem<sup>957</sup>, cum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum nominasset, 'misit' dixit, et non 'miserunt' sub pretaxato trium personarum et nominum introduxit. Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur<sup>957</sup> : *Dominus Deus vester hic est Deus* ?<sup>957</sup> Et si unitas non est, quare 'hic est' dixit, et non 'hi sunt' plurali numero designavit ? Si trinitas non est, quare in eodem libro dicitur : *Dominus Deus tuus Deus magnus et*

<sup>948</sup> Deut. 4, 30-31 : et audies vocem ejus.

<sup>949</sup> cf. Jos. 22, 34 et Deut. 10, 17 : Deus vester, ipse est Deus.

<sup>950</sup> III Reg. 18, 36 : Deus Israël.

<sup>951</sup> Ps. ISID., *Alexandri prima* X : tertio dicit ; pluraliter designatur ; si trinitas non est, quare i. ; si unitas non est, quare e. ; s., more locutionis induxit. Si non trinitas e., quare H. ; si non unitas e., quare o.

<sup>952</sup> Esth. 13, 9 : Domine, rex omnipotens, cuncta in ditione t.

<sup>953</sup> cf. Judith 9, 17 et III Reg. 8, 28 : Deus meus, respice ad orationem servi tui.

<sup>954</sup> Jer. 10, 10 et Rom. 3, 4.

<sup>955</sup> Ps. ISID., *Alexandri prima* X : non est, cur e. ; orando dixit ; non est, quare r. et non r. designavit. Si non trinitas e., quare i. ; si non unitas e., quare v.

<sup>956</sup> Apoc. 22, 6.

<sup>957</sup> cf. Deut. 10, 17 et Ps. 47, 15 : Quoniam Deus noster hic.

*potens est* ?<sup>958</sup> Et si unitas non est, quare ‘magnus’ et ‘potens’ pluraliter non<sup>aaaaaaaaaaaaaa</sup> nominantur ? Si trinitas non est, cur Tobi cum filium suum in Rages civitatem cum Raphaelo angelo mitteret,<sup>959</sup> benedicens eos ita dixisse docetur : *Deus Abraham, et Deus Isahac, et Deus Jacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis* ?<sup>960</sup> Et si unitas non est, quare ‘ipse<sup>bbbbbbbbbbbbbb</sup> impleat’ dixit, et non ‘ipsi impleant’ intimavit ?<sup>961</sup>

9. Postremo quia vere<sup>□</sup> trinitas est, ideo Dominus discipulos suos *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti universas*<sup>□</sup> gentes posuit baptizare.<sup>962</sup> Et quia vere<sup>□</sup> unitas est, ideo ‘in nomine’ dixit, et non ‘in nominibus’ precipiendo<sup>□</sup> perdocuit. Quia vere trinitas est, ideo Paulus apostolus ait : *Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.*<sup>963</sup> Et quia vere<sup>□</sup> unitas est, ideo ‘ex ipso’ posuit, et non ‘ex ipsis’ adstruxit. Si enim certo certius quis voluerit<sup>□</sup> unitatem et trinitatem in Deo vero agnoscere, a sæpe dicto doctore gentium apostolo potest<sup>□</sup> universa condiscere, et sequi catholicam fidem, et hæreticorum<sup>□</sup> respuere pravitatem. *Gratia, inquit, domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et commu-[fol. 137]-nicatio Spiritus Sancti,*<sup>964</sup> ipsa est<sup>□</sup> Patris et Filii et Spiritus Sancti<sup>□</sup> gratia.<sup>965</sup>

10. Et sic fidem sanctæ Trinitatis et intelligere et docere pleniter sacerdotes Domini possunt<sup>□</sup>. Idcirco ergo fidei regulas hic inseruimus<sup>□</sup>, ut in confessione ejusdem veræ fidei fideliter perseveremus, et Domino auxiliante bonum finem<sup>□</sup> habere mereamur, quod ipse prescire dignetur, cui est gloria in secula. Amen.<sup>966</sup>

<sup>958</sup> Deut. 10, 17 : Deus vester D.

<sup>959</sup> cf. Tob. 5, 21.

<sup>960</sup> Tob. 7, 15.

<sup>961</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* X : si trinitas non est, quare i. ; Domine (*sed* Dominus B, D, M, S) D. ; si unitas non est, quare c. ; deuteronomio dicit (*sed* dicitur B, D) ; est (*sed* est Deus B, D, S) ; pluraliter non n. (*sed* non om. B, D, S).

<sup>962</sup> Matth. 28, 19.

<sup>963</sup> Rom. 11, 36.

<sup>964</sup> II Cor. 13, 13.

<sup>965</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* X : postremo si t. non e., quare d. ; universos (*sed* universas B, D, S) gentes ; si non unitas e., quare i. ; n. percipiendo perdocuit. Si non trinitas e., quare P. ; si non unitas e., quare e. ; certius volueritis u. trinitatis (*sed* et trinitatem D, S) ; a. potestis universa ; et horum r. ; ipsa (*sed* ipsa est S) Patris ; Spiritus (*sed* Spiritus Sancti B, D, M, S) gratia.

<sup>966</sup> PS. ISID., *Alexandri prima* X : pleniter, Domino adjuvante, potestis ; regulas juxta hujus epistolæ finem posuimus ut ; auxiliante bona fide (*sed* bonum finem B, D, S) h.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ALEXANDRI PAPÆ.**

***Dicta beati Alexandri papae et martiris ad ædificationem Ecclesiæ.***

**[[LXXV**

1. Admonemus et predicamus, fratres karissimi, ut omnes clerici et laici secundum regulas ecclesiasticas vivere satagant, ut Domino placere mereantur. De his enim qui contra sanctos canones inoboedientes sunt, ait apostolus : *Quicumque voluerit amicus esse hujus sæculi, inimicus Dei constituitur. Aut putatis quia inaniter scriptura dicit : « Ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis » ? Majorem autem dat gratiam, propter quod dicitur : « Deus superbis resistit ; humilibus autem dat gratiam ». Subditi igitur estote Domino ; resistite autem diabolo, et fugiet a vobis. Adpropinquate Domino, et adpropinquabit vobis. Emundate vobis manus peccatores, et purificate corda duplices animo ! Miseri estote, et lugete et plorate ! Risus vester in luctum convertetur, et gaudium in merore<sup>967</sup>.*

2. De his autem qui detractores fratrum et pastorum suorum sunt, ait ipse Jacobus apostolus : *Humiliamini in conspectu Domini, et exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, fratres mei, quia qui detrahit fratri, et qui judicat fratrem suum, detrahit legi et judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis sed judex. Unus enim<sup>968</sup> legislator et judex, qui potest perdere et liberare. Tu autem, quis es qui judicas proximum ?<sup>968</sup>*

3. De his autem secularibus qui episcopos vel reliquos sacerdotes vel aliquos de ecclesia Dei persequuntur, idem apostolus inquit : *Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris quæ advenient vobis. Divitiæ vestræ putrifactæ sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum eruginavit, et erugo<sup>cccccccccccccc</sup> eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizatis vobis iram, in diebus novissimis. Ecce merces operariorum, id est predicatorum Dei, qui messuerunt regiones vestras. Qui fraudatus est*

<sup>967</sup> Jac. 4, 4-9 : scriptura dicat ; estote Deo ; Adpropinquate Deo ; luctum convertatur, et.

<sup>968</sup> Jac. 4, 10-13.

*a vobis clamat, et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra. In die occisionis adduxistis, occidistis justum, et non restitit vobis.*<sup>969</sup>

4. Væ, fratres, his qui pastores sanctæ Ecclesiæ<sup>□</sup> tribulant ! Ipsi<sup>□</sup> vero sacerdotes Dei quantum amplius tribulantur<sup>□</sup>, tantum purgatiores atque beatiores efficiuntur<sup>□</sup>, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit subportata. Unde ipsa Veritas per se dicit : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*<sup>970</sup> Et alibi : *Beati eritis cum vos oderint homines et persecuti vos fuerint, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum. Gaudete in illa die, et exultate, quoniam merces vestra multa est in cælo !*<sup>971</sup> Omnia adversa in hoc mundo perferamus, per Christum Jesum dominum nostrum, ut cum eo regnemus in secula seculorum. Amen.<sup>972</sup>

---

<sup>969</sup> Jac. 5, 1-6 : Quæ fraudata est ; occisionis addixistis, et o.

<sup>970</sup> Matth. 5, 10.

<sup>971</sup> Luc. 6, 22-23.

<sup>972</sup> Ps. ISID., *Alexandri prima* X : in merorem ; enim est I. ; qui vos tribulant. Vos vero quantum amplius tribulamini ; beatiores efficiamini.

SERMO IN CONCILIO EX DICTIS SANCTI ALEXANDRI PAPAË ET MARTIRIS.

*Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad instructionem ecclesiæ Dei, de reverentia pontificum.*

¶LXXVI

1. Dilectissimis fratribus omnibus episcopis per diversas regiones constitutis, Alexander episcopus. Nulli, fratres, dubium est quia boni a malis semper persequuntur et tribulantur. Propter quod nos pastores sanctæ Ecclesiæ humiliari oportet sub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis.<sup>973</sup> Nam sicut leo rugiens circuit quærens quem devoret, sic diabolus non cessat circuire et quærere quos ex fidelibus perdat ;<sup>974</sup> et maxime illos quos ardentiores in servitio Salvatoris eique familiares invenerit.<sup>975</sup>

2. Familiares dico eos quos sibi sacrari, et in ordine apostolatus constitui voluit. Hi sunt<sup>ddddddddddddd</sup> episcopi. Ipsi enim pro populo interpellant<sup>□</sup>, et peccata populi comedunt,<sup>976</sup> quia suis precibus et oblationibus ea delent atque consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus quibus clamant exaudiuntur. Multum enim, ut ait beatus apostolus Jacobus, valet deprecatio iusti assidua.<sup>977</sup> Qui enim episcopos<sup>□</sup> persequitur, ipsum cuius vice legatione funguntur<sup>□</sup> persequitur.<sup>978</sup> Quia sicut ipse filius Dei mediator fuit Dei et hominum, ita et episcopi<sup>□</sup> ejus vice in Ecclesia sunt<sup>□</sup> constituti, ut inter Deum et hominem<sup>□</sup> legatione fungantur<sup>□</sup>.<sup>979</sup>

3. Si quis autem legationem episcoporum<sup>□</sup> impedit, non unius sed multorum profectum avertit. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, et bonorum societate carendus<sup>□</sup>. Et quia Dei causam impedit, et statum conturbat Ecclesiæ, ideoque ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus<sup>□</sup> quoque talis

<sup>973</sup> I Petr. 5, 6 : Humiliamini sub ; et exaltet vos in tempore visitationis.

<sup>974</sup> I Petr. 5, 8.

<sup>975</sup> PS. ISID., *Alexandri secunda* XI.

<sup>976</sup> Os. 4, 8.

<sup>977</sup> Jac. 5, 16.

<sup>978</sup> cf. II Cor. 5, 20 : pro Christo ergo legatione fungimur.

<sup>979</sup> PS. ISID., *Alexandri secunda* XII : populo interpellant, et ; enim vos p. ; legatione fungimini p. ; et vos e. ; ecclesia estis c. ; et homines legatione fungamini.

est cavendus, et non in communione fidelium usque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim ut qui statum conturbat Ecclesiae ab ejus liminibus arceatur, nec<sup>□</sup> cum fidelibus communicet qui eorum bona avertit. Pontifices autem<sup>□</sup> si dilectionem ad invicem habuerint<sup>□</sup>, et unanimes fuerint<sup>□</sup>, facile perturbatores sanctae Ecclesiae<sup>□</sup> superare poterint<sup>□</sup>.<sup>980</sup>

4. Si vero (quod absit !) discordes fuerint<sup>□</sup>, et canino dente se invicem<sup>□</sup> derodere coeperint<sup>□</sup>, non solum eos non superabunt<sup>□</sup>, sed et sibimetipsis nocebunt<sup>□</sup>, atque a secularibus superabuntur<sup>□</sup>, et innocenter forte peribunt<sup>□</sup>. Qui autem ex episcoporum<sup>□</sup> collegio fuerit, et ab auxilio episcoporum<sup>□</sup> se subtraxerit, magis scismaticus quam sacerdos esse comprobatur<sup>□</sup>. *Ecce, inquit propheta, quam bonum et quam jocundum habitare fratres in unum.*<sup>981</sup> Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum se solatio subtrahunt, aut, quod deterius est, fratribus insidias preparant, aut laqueos ponunt. De his insidiatoribus sacerdotum et eorum similibus, Dominus per Osee prophetam loquitur dicens : *Propter vos lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri et in volucre caeli, sed et pisces maris congregabuntur. Verumtamen unusquisque non judicet et non arguatur vir : populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam ; conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam. Quia tu scientiam reppulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui ; obliviscar filiorum tuorum et ego. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi ; gloriam eorum et ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum. Et erit sicut populus sic sacerdos, et visitabo super eum vias ejus, et cogitationes ejus reddam ei<sup>□</sup>. Et comedent, et non saturabuntur. Fornicati sunt et non cessaverunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo.*<sup>982</sup> Haec caveant omnes clerici et laici<sup>□</sup>, et bona semper agere festinent<sup>□</sup>, quia *in hoc cognoscent omnes, dicit Dominus, quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.*<sup>983 984</sup>

<sup>980</sup> PS. ISID., *Alexandri secunda* XIII : legationem vestram i. ; societate arcendus (*sed* carendus B, D, M, S) ; Ab hominibus (*sed* omnibus B, D, S) q. ; ne (*sed* nec S) cum ; Vos ergo si ; invicem habueritis, et unanimes fueritis, facile tales superare poteritis.

<sup>981</sup> Ps. 132, 1.

<sup>982</sup> Os. 4, 3-10 : Propter hoc l. ; e. in ignominiam.

<sup>983</sup> Joh. 13, 35.

<sup>984</sup> PS. ISID., *Alexandri secunda* XIV : discordes fueritis, et ; dente vos derodere coeperitis, non ; non superabitis, *sed* et vobisipsis nocebitis, atque ab eis superabimini, et ; forte peribitis ; ex vestro c. ;

5. Bonum est namque procul dubio et omnibus timentibus Deum desiderabile cohibere dissensiones et altercationes, fratribusque subvenire, et invicem non invidere sed adjuvare. Episcopi<sup>¶</sup> vero, qui specialius discipuli Domini et dici et esse cupiunt<sup>¶</sup>, portare cotidie crucem Christi et compati fratribus debent<sup>¶</sup>, et non quascumque eis insidias aut foveas preparare. Quia talionem meretur, qui fratribus foveam parat. *Nolite<sup>¶</sup> errare, fratres, quia Deus non irridetur,*<sup>985</sup> *cujus potestas et imperium permanet per immortalia secula seculorum ! Amen.*<sup>986</sup>

[fol. 137v]

---

auxilio vestro se ; esse probabitur ; Hæc cavete, fratres, et ; agere festinate, q.

<sup>985</sup> Gal. 6, 7.

<sup>986</sup> Ps. ISID., *Alexandri secunda* XV (1) : Nos vero ; esse cupimus, p. ; fratribus debemus, et ; Nolite ergo (*sed Nolite B, D, M, S*) e.



**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ALEXANDRI PAPÆ ET MARTIRIS.**

***Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de dignitate pastoralis.***

**[LXXVII]**

1. Hujus rei gratia episcopis<sup>□</sup> Dominus commisit ecclesiam suam, ut pro omnibus laborent<sup>□</sup>, et cunctis oppressis opem ferre non neglegant<sup>□</sup>. Unde illis Dominus per prophetam loquitur dicens : *Hæc dicit Dominus : « Judicate mane juditium, et eruite vi oppressos de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat ! »*<sup>987</sup> Eos<sup>□</sup> ergo qui in summo speculo a Domino constituti sunt<sup>□</sup>, adtendere oppressores pauperum<sup>□</sup> et opprimere oportet qui in fratres seditiones et scandala excitant, ne ipsi pastores simul cum eis pereant<sup>□</sup>.<sup>988</sup>

2. Qui autem tribulantur vel accusantur a talibus, confortemur in Domino, quia propter justitiam passi coronam accipient. Tales enim confortans Dominus, per Naum prophetam loquitur dicens : *Confortans in die tribulationis Dominus, et<sup>eeeeeeeeeeee</sup> sciens sperantes in se. Et in diluvio prætereunte consummationem faciet loci ejus, et inimicos ejus persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum ? Consummationem<sup>□</sup> ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio, quia sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium consumentur quasi stipula ariditate plena. Ecce<sup>□</sup> exhibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans prevaricationem. Hæc dicit Dominus : « Si perfecti fuerint et ita plures, sic quoque adtondentur et pertransibit. Afflixit te, et non affligam te ultra. »*<sup>989 990</sup>

3. Ad eos qui fratres suos vel pastores persequuntur, dicamus causa correctionis eorum : Facile est verbo fallere hominem, sed non Deum. Sapiens non est, qui nocet. *Nec vir*

---

<sup>987</sup> Jer. 21, 12.

<sup>988</sup> Ps. ISID., *Alexandri secunda* XV (2) : gratia vobis D. ; omnibus laboretis, et ; non neglegatis ; Vos ergo ; constituti estis, adtendere eos et ; eis preceatis.

<sup>989</sup> Nah. 1, 7-12 : Ex te exhibit.

<sup>990</sup> Ps. ISID., *Alexandri tertia* XVII (2) : Confirmationem ipse ; Ex te (*sed Ecce B, D, S*) exhibit.

*linguosus in malum se diriget in terra.*<sup>991</sup> Nichil vero mali vult, qui fidelis est. Malo enim et pravo ingenio fides aliena est. Ait autem apostolus de infidelium ignorantia : *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent.*<sup>992</sup> Crucifigunt autem Dominum qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux a cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum sustinet qui compatitur. Sed tamen : *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*<sup>993</sup> Ecce, ait Judas apostolus, *veniet Dominus in milibus suis facere juditium, et perdere omnes impios, et arguere omnem carnem de omnibus operibus impietatis eorum*<sup>994</sup> ~~994~~ <sup>995</sup>.

4. *'Salutamus'*<sup>d</sup> omnes qui recte laborant in Evangelio Christi, et juste gubernant navim ejus, ne cohabitantes in ea mergantur, aut suffocentur. *Salutat eos omnis apostolica ecclesia in domino Jesu Christo, cui est gloria in secula. Amen.*<sup>996</sup> <sup>997</sup>

---

<sup>991</sup> Ps. 139, 12.

<sup>992</sup> I Cor. 2, 8.

<sup>993</sup> Matth. 5, 10.

<sup>994</sup> Jud. 1, 14-15.

<sup>995</sup> PS. ISID., *Alexandri tertia* XVIII (1).

<sup>996</sup> cf. Phil. 4, 22 : salutant vos omnes sancti maxime autem qui de Cesaris domo sunt.

<sup>997</sup> PS. ISID., *Alexandri secunda* XV (3) : Salutate omnes.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ALEXANDRI PAPÆ ET MARTIRIS.**

***Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de sollicitudine et reverentia sacerdotum.***

**¶LXXVIII**

1. Omnibus divino sacerdotio fungentibus, Alexander episcopus. *Pax et misericordia eis multiplicetur,*<sup>998</sup> et sapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur, et fructificetur in Domino. *Gratia Dei sumus id quod sumus.*<sup>999</sup> Idcirco nobis sacerdotibus previdendum<sup>□</sup> est et oppido decertandum, ne in ea vacui inveniamur, sed eadem nobis cooperante gratia fructum Domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientiam scrutando, ejusque precepta lectionibus et himnis meditando, atque eo adminiculante implendo, orando, vigilando, et voluntatem ejus, in quantum ipse largitus fuerit, perficere studeamus. ‘*Nec eandem neglegendam gratiam nobis Dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit.*’<sup>1000</sup> *Dilectio ante omnia sine simulatione* in nobis esse et apparere inter nos debet.<sup>1001</sup>

2. De his autem qui odiunt et persequuntur fratres suos vel pastores suos, scriptum est : *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.*<sup>1002</sup> *Qui vero diligit eum, in Deo manet et Deus in eo.*<sup>1003</sup> Et item<sup>□</sup> apostolus : *Nolite judicare fratres invicem, sed hoc judicate, magis ne ponatis offendiculum fratribus<sup>□</sup> vel scandalum !*<sup>1004</sup> Et Dominus inquit : *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias !*<sup>1005</sup> Et alibi : *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad*

---

<sup>998</sup> I Petr. 1, 2.

<sup>999</sup> I Cor. 15, 10.

<sup>1000</sup> cf. I Tim. 4, 14.

<sup>1001</sup> Rom. 12, 9.

<sup>1002</sup> I Joh. 3, 15.

<sup>1003</sup> I Joh. 4, 16.

<sup>1004</sup> Rom. 14, 13.

<sup>1005</sup> Tob. 4, 16 : *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.*

*invicem.*<sup>1006</sup> Et Salomon : *Sacrificium salutare est adtendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate.*<sup>1007 1008</sup>

3. Summa enim iniquitas est fratres detrahere et accusare. Unde scriptum est : *Omnis qui detrahit fratrem suum, homicida est.*<sup>1009</sup> Et *omnis homicida non habet partem aut hæreditatem in regno Dei.*<sup>1010</sup> Et alibi : *Cavete vos, fratres, ne participes efficiamini (quod absit !) malis eorum.*<sup>1011</sup> Itaque sacerdotes Domini non solum se caveant<sup>□</sup> a talibus, sed et omnes clericos et laicos<sup>□</sup> cavere ab eis et avertere doceant<sup>□</sup>. Item de his qui persecuntur sacerdotes Domini et reliquos ministros sive proximos suos<sup>□</sup>, ait Dominus per prophetam Micheam : *Væ qui cogitatis inutile, et operamini malum in<sup>gggggggggggg</sup> cubilibus vestris ! In luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros et violenter tulerunt et domos rapuerunt, et calumpniabantur virum et domum ejus, virum et hæreditatem ejus. Idcirco hæc dicit Dominus : Ecce ego cogito super familiam istam malum, unde non auferetis colla vestra, et non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, et cantabitur canticum, cum suavitate dicentium. Depopulatione vastati sumus ; pars populi mei commutata est. Quomodo recedat<sup>hhhhhhhhhhhh</sup> a me, cum revertatur qui regiones nostras<sup>□</sup> dividat<sup>iiiiiiiiiiii</sup> ? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis, in coetu Domini. Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos, non comprehendet confusio. Dicit domus Jacob : Numquid abbreviatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes ejus ? Nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur ? Et e contrario populus meus in adversarium consurrexit. Desuper tunicam pallium sustulistis ; eos qui transiebant simpliciter convertistis in bellum.*<sup>1012 1013</sup>

---

<sup>1006</sup> Joh. 13, 35.

<sup>1007</sup> Eccli. 35, 2.

<sup>1008</sup> Ps. ISID., *Alexandri tertia* XVI : nobis providendum (*sed* providendum B) e. ; Unde et ait apostolus ; o. fratri (*sed* fratribus B, D, S) vel.

<sup>1009</sup> I Joh. 3, 15 : qui odit f.

<sup>1010</sup> Eph. 5, 5 : omnis fornicator, aut immundus, aut avarus.

<sup>1011</sup> Eph. 5, 7 : Nolite effici.

<sup>1012</sup> Mich. 2, 1-8.

<sup>1013</sup> Ps. ISID., *Alexandri tertia* XVII (1) : solum vos cavete a ; et alios c. ; avertere docete ; regiones vestras d.

4. Hæc ab omnibus<sup>□</sup> valde sunt perpendenda et timenda, ne veniens unusquisque ad iudicium poenam cum impiis recipiat, sed cum justis gloriam. Quod pius Dominus prestare dignetur, per secula cuncta. Amen.<sup>1014</sup>

---

<sup>1014</sup> PS. ISID., *Alexandri tertia* XVIII (2) : Hæc, fratres, v.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI SIXTI PAPÆ ET MARTIRIS.**

BEATUS SIXTUS...

[fol. 138]

*Dicta beati Sixti papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de fide catholica, et reverentia sacerdotum.*

**[LXXIX]**

1. Omnibus in Deo Patre et domino nostro Jesu Christo dilectis fratribus in caritate domini nostri Jesu Christi, Sixtus Romanæ urbis archiepiscopus, salutem. Nullus fideliter potest agere, nisi secundum catholicam fidem crediderit. Qui ergo sanctæ Ecclesiæ filii sumus, fideliter agamus<sup>1015</sup> in omnibus ut fideles et non infideles inveniamur<sup>1016</sup>. *Nullus imitetur<sup>1015</sup> malum, sed quod bonum est agamus<sup>1016</sup>, quia qui bene facit ex Deo est ; qui autem male, non ex Deo sed ex diabolo est.*<sup>1015 1016</sup>

2. Fidem autem rectam, hoc est catholicam, omnes clericos et laicos<sup>1015</sup> tenere oportet, ut dissentiens ab apostolica nullus sit<sup>1016</sup> doctrina. Hæreticos audivimus esse per quasdam partes terrarum qui dicunt non esse filium neque Spiritum Sanctum in deitatem, sed solum Patrem esse unum Deum sine Filio et Spiritu Sancto. Item alios hæreticos qui dicunt esse Filium sed minorem Patre. Item alios qui dicunt ipsum Patrem esse Filium et ipsum Spiritum Sanctum in una persona. Tales hæreticos his dictis omnes catholici et orthodoxi reverberent : ‘Unum enim verum Deum<sup>1015</sup> Patrem et Filium et Spiritum Sanctum a prophetis et apostolis ostendimus predicatum. A Patre enim et Filio, ipsum Spiritum Sanctum predicamus<sup>1016</sup> non esse discretum, Isaia propheta dicente : *Ego sum Deus, et non est<sup>1015</sup> alius præter me. Et per me ipsum juro quia exivit ex ore meo veritas, et sermo meus non avertitur. Quia mihi*

<sup>1015</sup> III Joh. 1, 11 : non vidit Deum.

<sup>1016</sup> PS. ISID., *Sixti prima* I : fideliter agite in ; infideles inveniamini ; Nolite imitari malum ; est agite, q.

*inclinabitur omne genu, et omnis lingua jurabit<sup>□</sup> per Dominum dicens : Justitia et gloria ad eum veniet.*<sup>1017</sup> Et ut in hoc testimonio Patrem simul et Filium esse cognoscamus<sup>□</sup>, Paulum apostolum audiamus<sup>□</sup> dicentem : *Ut in nomine, inquit, Jesu omne genu flectatur, cælestium terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia<sup>□</sup> dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris omnipotentis.*<sup>1018</sup> Quod si secundum alios hæreticos<sup>□</sup> Filius minor<sup>□</sup> est Patre suo, ergo minorata est gloria Patris in Filio. Et ubi est quod in Salomone scriptura loquitur dicens : *Sicut in conspectu eorum, inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te sicut et nos cognovimus, quoniam non est Deus preter te, Domine ?*<sup>1019</sup> Diligenter attendamus<sup>□</sup> et agnoscemus<sup>iiiiiiiiiiiiii</sup> Filium esse, qui magnificabitur in iudicio, dum venerit vivos et mortuos judicare. Item Isaias : *Audite domus Jacob et residui domus Israël, qui egredimini ex utero, et erudimini a puero usque ad senectutem ! Ab initio ego sum, et quousque senescatis<sup>□</sup> ego sum. Ego vos feci et ego sustineo ; ego remittam, ego suscipiam dicit Dominus.*<sup>1020</sup> Et iterum : *Ego sum Dominus Deus. Præter me non est alius Deus, adnuntians novissima priusquam fiant, et statim consummata sunt.*<sup>1021</sup> Item alibi : *Audi me Jacob et Israël, quem<sup>□</sup> ego feci !*<sup>1022</sup> *Ego sum Dominus Deus tuus, et non est alius præter me.*<sup>1023</sup> Item ibi : *Ego sum Dominus<sup>□</sup> primus et ego novissimus,*<sup>1024</sup> et in ea quæ superventura sunt, in novissimo ego sum. Item ibi : *Ego sum Deus qui te creavi, qui te adjuvi<sup>□</sup>, et communivi dextera mea.*<sup>1025</sup> Et unitatem Patris et Filii assignans, loquitur dicens : *Ego testis vester, dicit Dominus Deus, et puer meus tu, quem ego elegi, ut sciatis et credatis quia ego sum, et ante me non fuit alius Deus, et post me non erit.*<sup>1026</sup> Unum hi qui non sane sapiunt, hoc est heretici<sup>kkkkkkkkkkkkkkkk</sup>, eligant e duobus. Aut fateantur Patrem et Filium unum Deum cum Sancto Spiritu ; aut si solum Patrem Deum esse contendunt, ergo illis dominus Jesus Christus Dei filius non erit Deus, quia scriptum est :

<sup>1017</sup> Is. 45, 22-25 : quia egredietur ex ; meo justitiæ verbum, et ; et imperium ad.

<sup>1018</sup> Phil. 2, 10-11.

<sup>1019</sup> Eccli. 36, 4-5 : e. sanctificatus es.

<sup>1020</sup> Is. 46, 3-4 : ego ipse, et usque ad canos ego portabo ; ego feram, ego portabo, ego salvabo.

<sup>1021</sup> Is. 46, 9-10 : novissima ab exordio et ab initio quæ necdum facta s.

<sup>1022</sup> Is. 48, 12 : ego voco.

<sup>1023</sup> Is. 47, 8.

<sup>1024</sup> Is. 41, 4.

<sup>1025</sup> Is. 41, 10 : te confortavi et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justi mei.

<sup>1026</sup> Is. 43, 10 : Vos testes mei, dicit ; et servus m. ; non est formatus D.







nec rectæ conversationis vitam ducunt. Quoniam tales facile et<sup>□</sup> indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes, ideo suspitio eorum discutienda est primum et corrigenda. Neque accusatoribus suspectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus, est credendum. ‘Erant enim quidam qui prius videbantur esse *ex nobis, sed non erant ex nobis. Si vero essent ex nobis, mansissent utique nobiscum,*<sup>1044</sup> et non conturbassent fratres. De talibus<sup>□</sup> ait propheta : *Exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum.*<sup>1045, 1046</sup> Quapropter respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint, et vitandi, ne Domino decipiant famulantes. Ergo pastores Ecclesiæ stent<sup>□</sup> super vias, aspicientes et interrogantes de semitis Domini antiquis, et videant<sup>□</sup> quæ est via bona et recta et ambulent<sup>□</sup> in ea<sup>□</sup>, et sic invenient<sup>□</sup> requiem animabus suis<sup>□</sup>, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in sempiterna secula. Amen.<sup>1047</sup>

---

<sup>1044</sup> I Joh. 2, 19 : Proderunt ex.

<sup>1045</sup> Ps. 139, 4.

<sup>1046</sup> cf. FLAVIAN., *Leo. M. epist.* 1, 2 (col. 723<sup>B-C</sup>).

<sup>1047</sup> PS. ISID., *Sixti prima* III : facile (*sed* facile et *B, D, M, S*) indifferenter ; Ut ait ; State ergo, dilectissimi, s. ; et videte q. ; et ambulate in eam (*sed* ea *B, D, M*), et invenientis requiem animabus vestris.

SERMO IN CONCILIO EX DICTIS SANCTI SIXTI PAPÆ ET MARTIRIS.

*DICTA SANCTI SIXTI papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de reverentia altaris et honore sacerdotum.*

¶LXXX

1. Sixtus universalis Ecclesiæ apostolicæ episcopus, omnibus fidelibus<sup>¶</sup> salutem in Domino. Cognoscat omnium episcoporum<sup>¶</sup> sapientia quia audivimus per quasdam partes orbis mulieres contingere sacra vasa altaris. Item relatum est ad aures Romanæ sanctæ sedis quia quidam ex clero vel laicis presumunt accusare episcopos vel culpabiles vel inculpabiles. Sciant igitur omnes sacerdotes Domini quia in hac sancta sede<sup>¶</sup>, primum a beato Petro apostolo deinde a successoribus ejus, et modo a nobis et reliquis episcopis vicinis nostris, cæterisque Domini sacerdotibus statutum est ut sacra vasa non ab aliis quam a sacratis Dominoque dicatis contrectentur viris<sup>¶</sup>. Indignum enim valde est ut sacra Domini vasa, quæcumque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis quam a Domino famulantibus eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus presumptionibus iratus Dominus plagam imponat populo suo, et hi qui etiam non peccaverunt mala patiantur aut pereant, quia perit 'justus sepissime<sup>oooooooooooooooo</sup> pro impio.'<sup>1048</sup> Adtendant<sup>¶</sup> fratres nostri omnes episcopi ne talia in suis ecclesiis permittant<sup>¶</sup> deinceps fieri, ne grex precioso sanguine Christi redemptus in precipitium (quod absit !) ruat. Propter quod assumant pontifices<sup>¶</sup> armaturam Dei, ut possint<sup>¶</sup> resistere his qui contradicunt veritati, et induant se<sup>¶</sup> lorica justitiæ, calciati pedes in preparatione evangelii pacis.<sup>1049 1050</sup>

2. Si quis vero episcoporum<sup>¶</sup> pulsatus ab aliquo fuerit in aliqua adversitate, licenter Romanam<sup>¶</sup> sanctam et apostolicam appellet sedem, et ad eam quasi ad caput suffugium habeat, ne

<sup>1048</sup> cf. I Petr. 3, 18.

<sup>1049</sup> cf. Eph. 6, 13-15.

<sup>1050</sup> Ps. ISID., *Sixti secunda* IV : omnibus episcopis s. ; Cognoscat vestra s. ; sancta apostolica sede ; contrectentur hominibus ; Adtendite, fratres ; ecclesiis viris permittatis d. ; quod assumite a. ; ut possitis r. ; et induite vos l.

innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiat. Si autem necesse ei venire, eamque appellare minime fuerit, et vocatus tamen ab hac sancta sede fuerit, non renuat venire. Sed confestim ut ei nuntiatum fuerit venire festinet, et causas pro quibus vocatus est prudenter disponat, atque si necesse aliquid corrigere fuerit, cum his quos hic primos invenerit corrigat. Ad ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quam hinc litteris apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus, si fuerit unde<sup>pppppppppppppp</sup>. Ut<sup>□</sup> postquam domi reversus fuerit, cognoscant vicini sui qualiter huc suam aliorumque causam finierit, quatenus eam absque aliqua ambiguitate nuntiare et predicare omnibus possit. Ab hac enim sancta sede a sanctis apostolis tueri, defendi, et liberari episcopi jussi sunt, ut sicut eorum dispositione ordinante Domino primitus sunt per diversas provinciarum civitates constituti, sic Romanæ<sup>□</sup> sanctæ sedis, cujus dispositioni<sup>qqqqqqqqqqqq</sup> eorum causas et iudicia servaverunt protectione, futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Nam et a sancta Romana sede Marcus et Martialis in apostolatam Domino jubente per beatum Petrum directi sunt : Marcus Evangelista in Ægyptum ; Marcialis propinquus et condiscipulus principis apostolorum in ulteriorem Galliam. Qui autem aliter contra episcopos<sup>□</sup> egerint quam Romanæ<sup>□</sup> sedis rectoribus placere cognoverint, valde<sup>□</sup> culpantur.<sup>1051</sup>

3. His taliter consideratis, atque cum reliquis episcopis decretis, ‘tamquam omnium curam gerentes,<sup>’1052</sup> propter sedis propriæ apicem, decernimus ut nemo pontificum aliquem suis rebus expoliatum episcopum aut a sede pulsum excommunicare aut judicare præsumat, quia non est privilegium quo expoliari possit jam nudatus.<sup>1053</sup> Si quis autem aliter agere presumpserit, sciat censuram Romanæ<sup>□</sup> sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse venturam. Et sicut egerit, ita recipiet : Si bene, bene ; si grave, grave ; si pessime, pessime ; quoniam *dignus est operarius mercede sua*.<sup>1054</sup> Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se perdit qui pia considerata avertit, et qui apostolorum et hujus sanctæ sedis decreta libenter violat.<sup>1055</sup>

<sup>1051</sup> PS. ISID., *Sixti secunda* V : vero vestrum p. ; licenter hanc s. ; Et (*sed* ut *S*) postquam ; sic hujus s. ; aliter circa fratres egerint, quam hujus s. ; c., unde culpantur.

<sup>1052</sup> CASSIOD., *Hist.* IV, 15 (*PL*, 69, col. 963).

<sup>1053</sup> ENNOD., *Opusc.* 2 (p. 58).

<sup>1054</sup> Luc. 10, 7 ; *cf.* I Tim 5, 18.

<sup>1055</sup> PS. ISID., *Sixti secunda* VI : censuram hujus s.

4. Sed et<sup>□</sup> nunc commendamus omnes fratres nostros episcopos<sup>□</sup> Domino et verbo gratiæ ejus, qui potest perficere et dare eis<sup>□</sup> hæreditatem cum omnibus sanctis. Ipse autem *Deus* pacis et consolationis *det* eis<sup>□</sup> *id ipsum in alterutrum sapere*, ut sibi<sup>□</sup> invicem succurrant<sup>□</sup> et non sint<sup>□</sup> divisi, *ut unanimes uno ore* et uno corde cum omnibus sibi subjectis clericis et laicis honorificent *Deum<sup>□</sup>* in concordiam et consolationem fraternam<sup>□</sup>,<sup>1056</sup> *qui potens est confirmare nos secundum Evangelium ejus, juxta revelationem misterii æterni, temporibus scilicet perpetuis,*<sup>1057</sup> quibus sanctis<sup>□</sup> futurorum gaudiorum largienda sunt munera, per Jesum Christum dominum nostrum, cui est gloria in æternum<sup>□</sup>. Amen.<sup>1058</sup>

<sup>1056</sup> Rom. 15, 5-6 : D. autem patientie et solacii d. vobis i. ; o. honorificetis D.

<sup>1057</sup> Rom. 16, 25 : c. vos s. ; E. meum j.

<sup>1058</sup> Ps. ISID., *Sixti secunda* VI : Sed (*sed Sed et B, D, M, S*) nunc ; fratres vos D. ; dare vobis (*sed eis B, D, S*) h. ; det vobis id ; ut vobis invicem succurratis et non sitis d. ; corde honorificemus eum (*sed Deum S*) in ; consolationem fratrum, q. ; quibus vos (*sed vobis B, D, S*) f.



3. Nocte vero sancta nativitatis Domini salvatoris missas celebrent, et himnum angelicum in eis solempniter decantent, quoniam et<sup>1061</sup> eadem nocte ab angelo pastoribus est nuntiatus, sicut ipsa Veritas testatur dicens : *Pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus : « Nolite timere ! Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum : invenietis infantem pannis involutum, et positum in presepio. » Et subito facta<sup>1062</sup> est cum angelo multitudo militiæ cælestis exercitus, laudantium Deum et dicentium : « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis ! »<sup>1061 1062</sup>*

4. Reliquis autem<sup>1063</sup> temporibus, missarum celebrationes ante horam diei terciam minime sunt celebrandæ, nisi causa necessitatis, quia eadem hora et Dominus crucifixus, et super apostolos Spiritus Sanctus descendisse legitur.<sup>1063</sup>

5. Ab<sup>1064</sup> episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore et loco missarum solempniis celebrandus est, atque solempniter recitandus ; similiter et a reliquis sacerdotibus. Ipsi autem qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab<sup>1064</sup> omnibus oboediendi et timendi, et non dilacerandi aut detrahendi.<sup>1064</sup>

6. De his enim qui sacerdotes Domini aut linguis aut factis persequuntur, ait propheta : *Considerat impius justum, et quærit ut occidat eum. Dominus autem non derelinquet eum in manus ejus, et non condempnabit eum cum judicabitur illi. Expecta Dominum et custodi viam ejus, et exaltabit te, ut possideas terram, cum interibunt impii, videbis<sup>1065</sup> ! Vidi impium robustum, et fortissimum sicut indigenam virentem. Et transivi et ecce non erat, et quæsivi eum, et non est inventus. Custodi simplicitatem et vide rectum, quia erit in extremum viro pax ! Prævaricatores autem interibunt pariter, et novissimum impiorum peribit. Salus autem justorum a Domino, fortitudo eorum in tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis Dominus, et salvabit eos ; eripiet eos ab impiis, et salvabit eos, quia speraverunt in eo<sup>1065</sup>.* Et alibi : *Quid gloriaris in malitia potens, misericordia Dei tota die ? Insidias cogitavit lingua tua, quasi novacula acuta faciens dolum. Dilexisti malitiam magis quam*

<sup>1061</sup> Luc. 2, 8-14.

<sup>1062</sup> Ps. ISID., *Telesphori prima* II (1) : et in (*sed* et *B*) eadem ; subito factus (*sed* facta *B, D, S*) e.

<sup>1063</sup> Ps. ISID., *Telesphori prima* II (3) : Reliquis enim (*sed* autem *S*) t.

<sup>1064</sup> Ps. ISID., *Telesphori prima* III (1) : c., sunt ab.

*bonum, mendatium magis quam justitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum ; terrebit et evellet te de tabernaculo, et radebit<sup>1065</sup> te de terra viventium. Et videbunt justi et timebunt, et super eum ridebunt : « Ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suam, sed speravit in multitudine divitæ suæ, confortatus est in insidiis suis. » Ego autem, sicut oliva virens in domo Dei, speravi in misericordia Dei in seculum et in æternum. Confitebor tibi in seculum quoniam fecisti, et expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu misericordium tuorum<sup>1066</sup>.*

7. Hæc perpendant cuncti, nec inoboedientes sint ministris Domini, ut salutem consequantur æternam in Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.<sup>1067</sup>

---

<sup>1065</sup> Ps. 36, 32-40 (Hebr.) : in manu e. ; cum judicatur ; erit ad e. ; iniqui autem delebuntur pariter ; *sic* VL.

<sup>1066</sup> Ps. 51, 3-11 (Hebr.) : insidias cogitat l. ; dilexisti malum m. ; et eradicabit t. ; multitudine divitiarum suarum c. ; seculum sempiternum ; in seculo q. ; conspectu sanctorum t. ; *sic* VL.

<sup>1067</sup> Ps. ISID., *Telesphori prima* II (2) : impii videbitis (*sed* videbis *D, S*) ; in eum ; et eradicabit t. ; conspectu misericordiarum tuarum (*sed* misericordium tuorum *M, S*).



**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI TELESFORI PAPÆ.**

***Dicta beati Telesfori papæ de reverentia<sup>tttttttttt</sup> ministrorum Christi, ad ædificationem Ecclesiæ.***

**¶LXXXII**

1. Christus filius Dei dominus noster humano generi salutem condonans plenam, de episcopis<sup>¶</sup> ait : *Qui vos recipit, me recipit ;<sup>1068</sup> et qui vos spernit, me spernit.<sup>1069 1070</sup>*
2. A quibus autem se Domini populus benedici et salvari et instrui cupit, eis per omnia debet oboedire, et nullatenus eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi debet. Populus enim ab episcopis<sup>¶</sup> docendus est et corripiendus, non episcopi<sup>¶</sup> a populo, quia *non est discipulus super magistrum.<sup>1071</sup>* Nullo modo igitur Domini pontifices et reliqui sacerdotes, quibus Domini commissa est plebs, rite possunt populum corrigere, si deceptionis se cognoverint laqueo infestari. ‘Unde justum est omnes in universo orbe doctores legis ea quæ legis sunt sapere, et non sacerdotes Domini labiis suis aut quibuslibet machinationibus maculare.’<sup>1072</sup> Nam dum ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius se ipsos maculant et vulnerant. Dei ergo ordinationem accusat qua constituuntur, qui sacerdotes accusat vel damnari cupit. A quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus rei sunt.<sup>1073</sup>
3. Si autem Dominus in episcopis<sup>¶</sup> recipitur et reicitur, procul dubio ipsius sunt qui in eis reicitur vel suscipitur. *Et tu, quis es qui judicas alienum servum ?<sup>1074</sup>* Procul dubio transgressores legis Dei, et apostolorum atque prophetarum. Et non solum divinarum legum<sup>¶</sup>, sed etiam humanarum. Omnes enim leges, tam divinæ quam et humanæ, alienum servum judicare prohibent. Quid putas erit de te, cum transgressores et conculcatores legis Dei damnabuntur ? Profecto et tu damnaberis, quia

<sup>1068</sup> Matth. 10, 40.

<sup>1069</sup> Luc. 10, 16.

<sup>1070</sup> Ps. ISID., *Telesphori prima* III (3) : de nobis a.

<sup>1071</sup> Matth. 10, 24 et Luc. 6, 40.

<sup>1072</sup> CASSIOD., *Hist.* v, 29 (PL, 69, col. 1006).

<sup>1073</sup> Ps. ISID., *Telesphori prima* III (2) : ab eis d. ; non ipsi ab eo, q.

<sup>1074</sup> Rom. 14, 4.

postposuisti mandatum Dei, et tuam adimplesti voluntatem. Quoniam sicut digni sunt qui mandatum Dei adimplent atque custodiunt, ita rei et digni sunt morte qui ea postponunt, et in vanum ducunt. Est enim in apostolicis scriptum institutis : ‘Alterius vitam nemo laceret, et de malo alieno os suum non quoinquinet !’<sup>1075 1076</sup>

4. Accusatores vero et accusationes quas leges seculi non admittunt, et nos submovemus. Et accusatori **omni**<sup>□</sup> non credi decernimus, qui absente adversario causam suggesserit<sup>□</sup>, ante utriusque partis justam discussionem, nec hi qui non sunt idonei suscipiantur ad accusationem. Et omnes qui adversus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi aut insidiandi. Hi vero qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum æmulatio lacerat etiam innocentes. ‘Hunc murum firmissimum statuerunt patres nostri, et nos cum eis contra persecutores **episcoporum**<sup>□</sup>, ut hoc remedio eorum pellantur machinamenta,’<sup>1077</sup> et sacerdotes **Dei**<sup>□</sup> sanctiores et securiores famulari mereantur nostro<sup>□</sup> salvatori. De talibus enim insidiatoribus et accusatoribus servorum suorum, loquitur Dominus per prophetam dicens : *Os tuum misisti ad malitiam, et lingua tua concinnabat dolum. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, in filium matris tuæ fabricabaris<sup>□</sup> obprobrium. Hæc fecisti et tacui ; existimasti futurum me similem tui ; arguam te et proponam ante oculos tuos. Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum, ne forte rapiat, et non sit qui liberet !*<sup>1078</sup> Languentes autem in isto conamine notandi sunt, et a talibus repellendi. Tales enim membra sunt diaboli, qui, sursum atque deorsum pervolans, quærit quos<sup>□</sup> possit occidere, quos possit separare, quos possit devorare.<sup>1079</sup> Propter quam rem cuncti ab his caveant malis, ut salutem consequantur æternam in Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.<sup>1080</sup>

<sup>1075</sup> ISID., *Synon.* II, 50 (PL, 83, col. 857).

<sup>1076</sup> PS. ISID., *Telesphori prima* III (4) : in eis r. ; solum harum (*sed* divinarum legum M) s.

<sup>1077</sup> CASSIOD., *Hist.* V, 29 (PL, 69, col. 1006).

<sup>1078</sup> PS. 49, 19-22 : tuum abundavit m. ; qui eripiat.

<sup>1079</sup> FLAVIAN., *Leo. M. epist.* 1, 1 (col. 728<sup>B</sup>).

<sup>1080</sup> PS. ISID., *Telesphori prima* IV : accusatori omnino n. ; causam suggerit (*sed* suggesserit B, D, S), a. ; persecutores vestros, ut ; et vos s. ; famulari mereamini vestro s. ; tuæ fabricaveris (*sed* fabricabas D) o. ; quærit quod (*sed* quos D, S) p.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI TELESFORI PAPÆ.**

[fol. 139v]

*DICTA BEATI Telesfori papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de sollicitudine pastorali.*

**[LXXXIII]**

1. Vigilandum est pastoribus ecclesie<sup>uuuuuuuuuuuuuuuu</sup> Dei, et armis cælestibus sunt<sup>□</sup> muniendi episcopi, ne in diaboli<sup>□</sup> compedes incidant<sup>□</sup>, aut ejus foveis illaqueentur<sup>□</sup>.<sup>1081</sup>

2. Decet autem, in talibus causis quibus Domini sacerdotes solent reprehendi a subditis et dilacerari et judicari, hoc maxime provideri ut sine strepitu concertationum et caritas custodiatur, et veritas defendatur, atque innocentes et Domini ministri illesi liberentur. Omnes ergo oboediant episcopis suis, eosque adjuvent pro viribus, neque eis noceant sed subportent illos, et ita erunt custodientes legem Domini. De talibus<sup>□</sup> legem Domini custodientibus, et fratres<sup>□</sup> adjuvantibus et non nocentibus sed subportantibus, et de aliis bonis viris, ait propheta<sup>□</sup>: *Non sedi cum concilio<sup>□</sup> vanitatis, et cum superbis non ingrediar. Odivi ecclesiam pessimorum, et cum impiis non sedebo. Lavabo in innocentia palmas meas, et circuibo altare tuum, Domine, ut clara voce predicem laudem, et narrem omnia mirabilia tua. Domine, dilexi habitaculum domus tuæ, et locum tabernaculi gloriæ tuæ. Ne apponas cum peccatoribus animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam ! In quorum manibus scelus, et dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in simplicitate mea gradiar ; redime me et miserere mei ! Pes meus stetit in<sup>uuuuuuuuuuuuuuuu</sup> recto, in ecclesiis benedicam Domino.*<sup>1082</sup> Concordent igitur cum omnibus Dei sacerdotibus hæc caritatis sententiæ, in quibus episcopi fixi et firmi<sup>□</sup> existere judicentur<sup>□</sup>. Deus omnes

<sup>1081</sup> Ps. ISID., *Telesphori prima* IV : cælestibus sumus m. ; in ejus compedes incidamus ; foveis illaqueamur.

<sup>1082</sup> Ps. 25, 4-12 : cum iniqua gerentibus non introibo ; et circumdabo a. ; ut audiam vocem laudis, et ; dilexi decorem d. ; Ne perdas c.

sacerdotes<sup>¶</sup> custodiat incolomes, filios et fratres nostros karissimos<sup>¶</sup>, in Christo Jesu domino nostro, cui est gloria in secula. Amen.<sup>1083</sup>

---

<sup>1083</sup> PS. ISID., *Telesphori prima* v : De bonis l. ; c. fratribusque adjuvantibus ; per prophetam ait ; cum viris v. ; quibus vos fixos et firmos existere iudicamus ; Deus vos custodiat incolomes, filii karissimi, in.

SERMO IN CONCILIO EX DICTIS SANCTI VIGINI PAPÆ.

SANCTUS Viginus papa...

*DICTA BEATI Viginii papæ de fide catholica et de concordia episcoporum, ad ædificationem et corroborationem sanctæ Ecclesiæ.*<sup>1084</sup>

[[LXXXIV

1. Viginus, in Christi nomine almæ urbis Romæ episcopus, cunctis in apostolica fide et doctrina degentibus, salutem. Audivimus, karissimi, hæreticos modo surrexisse per quasdam orbis partes, qui negant filium Dei esse incarnatum, et a Patre missum, et æqualem esse Deo Patri ; alios autem hæreticos, qui negant filium Dei voluntarie a semetipso venisse, et Spiritum Sanctum esse unum Deum in trinitate. Quos hæreticos, his testimoniis reverberent catholici :

2. Paulus apostolus ait : *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justitia legis impleretur.*<sup>1085</sup> Filius non secundum deitatem solam a Patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer et pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum exinanita majestatis suæ potentia idem se<sup>d</sup> Filius miserit, apostolus protestatur et dicit : *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens ;*<sup>1086</sup> *humiliavit semetipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis.*<sup>1087</sup> Et Esaias<sup>d</sup> ait : *Non legatus neque angelus, sed ipse Dominus veniet et salvabit eos.*<sup>1088</sup> Item ibi : *Palam apparui, non querentibus*<sup>~~~~~</sup> *me.*<sup>1089</sup> Et Hieremias : *Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam ;*<sup>1090</sup> *veni et factus sum illis in*

<sup>1084</sup> cf. PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I 3-5.

<sup>1085</sup> Rom. 8, 3-4.

<sup>1086</sup> Phil. 2, 7.

<sup>1087</sup> Phil. 2, 8.

<sup>1088</sup> Is. 35, 4 : salvabit vos.

<sup>1089</sup> Rom. 10, 20.

<sup>1090</sup> Jer. 12, 7 : reliqui d. ; sic VL (HIER.)

*obprobrium.*<sup>1091</sup> Et in Michea : *Ecce Dominus veniet*<sup>xxxxxxxxxxxxx</sup>, *et commovebuntur montes sub eo.*<sup>1092</sup> Et in Zacharia : *Gaude et exulta, filia Sion, quia ecce venio ego, et commorabor in medio tui, dicit Dominus.*<sup>1093</sup> Et apostolus ad Timotheum : *Fidelis*<sup>□</sup> *sermo et omni acceptione dignus, quoniam Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.*<sup>1094</sup> Et Malachias : *Ecce subito veniet in templum suum Dominus quem vos queritis*<sup>xxxxxxxxxxxxxxxx</sup>, *et angelus testamenti quem vos vultis.*<sup>1095</sup> Et in Evangelio : *Non veni vocare justos, sed peccatores in poenitentiam.*<sup>1096</sup> Item ibi : *Quid nobis et*<sup>□</sup> *tibi, Jesu fili Dei ? Venisti ante tempus perdere nos.*<sup>1097</sup> Item ibi : *Venit Filius salvare, et quaerere quod perierat.*<sup>1098</sup> Item ibi : *Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.*<sup>1099</sup> Item ibi : *Nemo ascendit in celum*<sup>xxxxxxxxxxxxx</sup>, *nisi qui de caelo descendit filius hominis qui est in caelo.*<sup>1100 1101</sup>

3. Numquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se filius Dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere ab alio et non a semetipso venisse, dum manifestum est eum qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie et non ab alio missus advenerit<sup>□</sup> ? Nam qui in Patre manens ubique potentia sua consistit, ubi quoque a Patre mitteretur omnino non habuit, quoniam nulla pars caelorum ac terrae a conspectu patris excipitur, ubi secundum haereticos<sup>□</sup> a Patre Filius mitteretur. Et Paulus : *Renovamini, inquit, spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem eum qui secundum Deum creatus est, in justicia et veritate sanctitatis !*<sup>1102</sup> Et ad Haebreos : *In eo enim in quo passus est, ille temptatus est. Nam potens est eis qui temptantur auxiliari. Unde sancte*<sup>aaaaaaaaaaaaaaaa</sup> *vocationis semper caelestis participes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostrae, Jesum, fidelem existentem qui creavit*<sup>□</sup> *eum.*<sup>1103</sup> Et ad Colosenses : *Nunc autem deponite et vos universam*<sup>□</sup> *iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque vel*<sup>□</sup> *ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri*

<sup>1091</sup> Ps. 108, 25 (VL).

<sup>1092</sup> Mich. 1, 3-4 : et consumentur m.

<sup>1093</sup> Zach. 2, 10 : Lauda et lætare, f.

<sup>1094</sup> I Tim. 1, 15.

<sup>1095</sup> Mal. 3, 1.

<sup>1096</sup> Luc. 5, 32.

<sup>1097</sup> Luc. 4, 34 et Marc. 1, 24.

<sup>1098</sup> Luc. 19, 10.

<sup>1099</sup> Joh. 10, 10.

<sup>1100</sup> Joh. 3, 13.

<sup>1101</sup> PS. ISID., *Vigini prima* I : idem Filius (*sed se Filius B, D, M, S*) ; Et Isaias (*sed Esaias S*) ait ; Humanus sermo ; et quid (*sed et S*) t.

<sup>1102</sup> Eph. 4, 23-24.

<sup>1103</sup> Hebr. 2, 18 et 3, 1-2 : Jesum, qui fidelis est ei q.

*invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ejus, et<sup>1104</sup> induite novum cum eo qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit eum.*<sup>1104</sup> Numquid is qui universam creaturam, visibilia et invisibilia, propria potestatis virtute procreavit ac fecit, se ipsum ante aut postmodum<sup>1105</sup>, quod dicere nefas est, creavit vel facere potuit ? Et Dominus in Evangelio ait : *Ego et Pater, unum sumus.*<sup>1105</sup> Et iterum : *Qui me videt, videt et Patrem.*<sup>1106</sup> *Qui me odit, et patrem meum odit.*<sup>1107</sup> Et iterum : *Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.*<sup>1108</sup> Et iterum : *Ut sint in nobis unum, sicut et nos sumus unum ; tu in me, et ego in eis.*<sup>1109</sup> Et iterum : *Omnia mea tua sunt.*<sup>1110</sup> Et iterum : *Ego in Patre, et Pater in me ; Pater in me manens facit opera hæc.*<sup>1111</sup> Et Johannes Evangelista ait : *In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum.*<sup>1112</sup> Et de trinitate ait : *Tres sunt qui testimonium perhibent in terra : caro, aqua et sanguis ; tres in nobis<sup>1113</sup> sunt. Et tres sunt qui testimonium perhibent in cælo : Pater, verbum et Spiritus Sanctus ; et hi tres unum sunt.*<sup>1113</sup> Nos itaque in natura deitatis, quia unum sunt Pater et Filius, nec Patrem credimus aliquo tempore precessisse, ut major sit Filio, nec Filium postea natum esse, ut deitate Patris minoretur.<sup>1114</sup>

4. Hucusque propter hæreticos de fide orthodoxa diximus ; nunc propter malivolos de reverentia episcoporum dicamus : Salvo itaque in omnibus Romanæ ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus absque cæterorum omnium conprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum. Quia irritæ erunt, aliter actæ quam in conspectu eorum omnium ventilatæ. Et ipse [fol. 140] si fecerit, coerceatur a fratribus, hoc est ab episcopis conprovincialibus<sup>bbbbbbbbbbbbbb 1115</sup>.

<sup>1104</sup> Col. 3, 8-10 : vos cuncta, i.

<sup>1105</sup> Joh. 10, 30.

<sup>1106</sup> Joh. 12, 45 : videt eum qui me misit.

<sup>1107</sup> Luc. 10, 16 : spernit eum qui misit me.

<sup>1108</sup> Joh. 5, 23.

<sup>1109</sup> Joh. 17, 22-23.

<sup>1110</sup> Joh. 17, 10 et Luc. 15, 31.

<sup>1111</sup> Joh. 14, 10.

<sup>1112</sup> Joh. 1, 1.

<sup>1113</sup> I Joh. 5, 7-8 : spiritus, aqua ; tres unum s.

<sup>1114</sup> PS. ISID., *Vigini prima* I : alio missum advenisse (*sed* missus advenerit B, D, M, S) ; secundum vos a ; existentem ei (*sed* existentem M) qui vocavit (*sed* creavit B, D, M, S) eum ; vos universa, i. ; turpiaque verba (*sed* vel M) ex ; ejus induite (*sed* et induite B, D, S) ; aut postea (*sed* postmodum D, M, S) q. ; Tres hi unum (*sed* in nobis B, D, M) s.

<sup>1115</sup> PS. ISID., *Vigini prima* II.

5. Criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et inreprehensibiles apparuerint, et actis publicis docuerint omni se suspitione carere et inimicitia, atque inreprehensibilem fidem ac<sup>d</sup> conversationem ducere.<sup>1116</sup>

6. Necnon et peregrina negotia et iudicia prohibemus, quia indignum est ut ab externis iudicentur, qui provinciales et electos a se debent habere iudices. Nos quidem ex omni parte carpendi<sup>ccccccccccccccc</sup> occasiones abscidimus, ut legem Domini custodire valeamus per Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula. Amen.<sup>1117</sup>

---

<sup>1116</sup> PS. ISID., *Vigini prima* III : fidem et (*sed ac M, S*) c.

<sup>1117</sup> PS. ISID., *Vigini prima* IV : p. cavendo (*sed carpendo M, carpiendo B, D, carpiendo vel cavendo B\**) occasiones.



## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS VIGINI PAPÆ.

***Dicta beati Vigni papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de reverentia pastoralis regiminis.***

## [LXXXV]

1. Episcopi omnes<sup>□</sup> superne memores<sup>dddddddddddddd</sup> disciplinæ, qualem possunt<sup>□</sup> cadentibus dexteram porrigere festinent<sup>□</sup>, et a ruinae precipitio quos possunt relevent<sup>□</sup>, et defensionis adminiculum totis viribus prebere cupiant<sup>□</sup>. Certe vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est qui alii existit causa periculi.<sup>1118 1119</sup>

2. Qui vero innocentem vel fratrem quocumque ingenio persequitur, ipse in se<sup>□</sup> jugulum mortis impingit, ut ait divinus et beatus preco : *Noli detrahare, ne eradiceris !<sup>1120</sup>* Noli accusare, ne accuseris !<sup>1121</sup> *Noli judicare, ne judiceris ! Quia in quo juditio judicaveris, judicabitur de te.<sup>1122</sup>* Nemo creditur non<sup>□</sup> odisse, quorum relatione non læditur.<sup>1123</sup> Dicit autem Dominus : *Omne regnum in se divisum non stabit, et omnis scientia et regula adversum se divisa non stabit.<sup>1124</sup>* Ideoque necesse est ovibus Christi ut concorditer salubres suscipiant<sup>□</sup> hortatus episcoporum suorum, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis et apostolicis constitutionibus pareant<sup>□</sup>.<sup>1125</sup>

3. *Multa autem fiducia sit<sup>eeeeeeeeeeeeee□</sup> episcopis<sup>□</sup> apud bonos subjectos<sup>□</sup>, et multa gloriatio pro eis<sup>□</sup>. Repleantur<sup>mmmmmmmmmm□</sup> consolatione pro oboedientia ovium Christi,*

<sup>1118</sup> ENNOD., *Opusc.* 7 (p. 13).

<sup>1119</sup> PS. ISID., *Vigini prima* IV : Nos superne ; qualemcumque cadentibus dexteram porrigimus et ; quos possumus revelamus et ; prebere cupimus.

<sup>1120</sup> ENNOD., *Opusc.* 7 (p. 13).

<sup>1121</sup> cf. Prov. 20, 13 : Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat !

<sup>1122</sup> Matth. 7, 1-2.

<sup>1123</sup> ENNOD., *Opusc.* 2 (p. 66).

<sup>1124</sup> Matth. 12, 25 et Luc. 11, 17 : d. desolabitur, et ; scientia, civitas vel domus.

<sup>1125</sup> PS. ISID., *Vigini prima* V : ipse jugulum (*sed* in se jugulum *M*) ; creditur nos (*sed* non *B, M, S*) o. ; salubres suscipiatis hortatus suarum, n. ; constitutionibus pareatis.

*superabundant*<sup>ggggggggggggg</sup> in omni tribulatione bonorum subditorum<sup>□</sup>.<sup>1126</sup> Tribulantur<sup>□</sup> enim boni pontifices, quando de populo Dei audiunt quæ<sup>□</sup> non oportet. Consolantur<sup>□</sup> vero, quotiens ea inter subditos<sup>□</sup> fieri cognoscunt<sup>□</sup> quæ bonos christianos decet implere. Sic autem populum admoneant ministri Domini, verbis apostolicis dicentes : *Nolite, fratres, jugum ducere cum infidelibus ! Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate ?*<sup>1127</sup> *Qui<sup>□</sup> autem consensus templo Dei cum idolis ? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus : Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo, et ero*<sup>hhhhhhhhhhhhhh</sup> *illorum Deus et ipsi erunt mihi populus*<sup>□</sup>.<sup>1128</sup> *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in Tartarum tradidit in iudicium<sup>□</sup> cruciandos reservari, et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ preconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens<sup>□</sup>, et civitates Sodomorum et Gomorreorum in cinerem redigens eversione damnavit, exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens, quid putatis iniquis et impiis perseverantibus in nequitia eorum erit ? Justum vero Loth oppressum, a nefandorum injuria conversatione eruit. Aspectu enim et auditu justus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. Novit Deus de temptatione pios eripere, iniquos vero in diem iudicii cruciandos reservare ; magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt facere blasphemantes.*<sup>1129</sup>

Exinde nos<sup>iiiiiiiiiiiiii</sup> alieni erroris societatem, vel a sui propositi tramite recedentem, aut apostolicæ sedis jussionibus inoboedientem suscipere non possumus, nec impedire recte credentes, vel sanctorum patrum jussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles et infideles, magna debet esse discretio.

4. Si Deus justis non pepercit, sed peccata eorum<sup>iiiiiiiiiiiiii</sup> punivit, sicut prophetam qui comedit panem extra sermonem Domini tradidit Dominus leoni,<sup>1130</sup> quid de peccatoribus in multis<sup>□</sup> peccantibus fieri putamus<sup>□</sup> ? Omnes ergo christiani custodiant se<sup>□</sup> ab omni

<sup>1126</sup> II Cor. 7, 4 : Multa mihi fiducia est apud vos ; pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in ; tribulatione nostra.

<sup>1127</sup> II Cor. 6, 14.

<sup>1128</sup> II Cor. 6, 16.

<sup>1129</sup> II Petr. 2, 4-10 : m. introducere blasphemantes.

<sup>1130</sup> cf. III Reg. 13, 24.

*inquinamento carnis et corporis,<sup>1131</sup> ut salvi sint<sup>□</sup> in die adventus Domini. Unum autem hoc non lateat fideles<sup>□</sup>, ut ait beatus Petrus apostolorum primus<sup>□</sup>, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, quia omnia futura cernit quasi presentia, et mille anni sicut unus dies, quia omnia preterita quasi presentia intuetur. Non tardat Dominus promissis, sed patienter agit propter fideles<sup>□</sup>, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. Adveniet autem dies Domini ut fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa calore solventur. Cum hæc igitur omnia dissolvenda sunt, quales oportet nos<sup>□</sup> esse in sanctis conversationibus et pietatibus, expectantes et properantes in<sup>□</sup> adventum Dei, per quem cæli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent. Novos vero cælos et novam terram et promissa ejus expectamus, in quibus justitia habitat.<sup>1132</sup> Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu modicum passo<sup>□</sup>, ipse perficiet, confirmabit solidabitque<sup>□</sup> ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.<sup>1133 1134</sup>*

---

<sup>1131</sup> II Cor. 7, 1 : Mundemus nos ab ; et spiritus.

<sup>1132</sup> II Petr. 3, 8-13 : lateat vos, karissimi, q. ; propter vos, n. ; oportet vos e. ; terram secundum p.

<sup>1133</sup> I Petr. 5, 10-11.

<sup>1134</sup> PS. ISID., *Vigini secunda* VI : fiducia est mihi apud vos, fratres, et ; pro vobis ; Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in ; tribulatione nostra ; Tribulor enim ; de vobis audio quod non ; Consolor vero ; inter vos fieri cognovero ; Unde doctor gentium loquitur dicens : Quæ ; Quis (*sed* Qui B, D) autem ; dicit Dominus (*sed* Deus B, M) ; mihi in populos (*sed* populis B) ; in iudicio c. ; Unde alieni (*sed* nos alieni D) ; peccatoribus nobis peccantibus fieri putatis ; Custodite vos ab ; salvi sitis in ; lateat vos ut ait apostolus ; propter vos, n. ; cæli maligno (*sed* magno B, D, M, S) ; oportet vos e. ; properantes adventum (*sed* in adventum B, D, M, S) diei ; modicum passus (*sed* passus B, D, S) i. ; confirmabit, consolidabit i.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI PII PAPAE.**

SANCTUS PIUS papa...

***DICTA BEATI PII PAPAE contra hæreticos, et de Pascha et de honore sacerdotum, ad corroborationem sanctæ Ecclesiæ.*****[[LXXXVI**

1. Omnibus ecclesiis, in eadem qua beatus Petrus apostolus fuit et nos sumus fide et doctrina manentibus, Pius, apostolicæ sedis Romanæ episcopus<sup>□</sup>, pacem et salutem. Audivimus per quasdam terrarum partes surrexisse nunc hæreticos, qui sub species sanctitatis seducunt simplices christianos et idiotas. Sed nos *gratias agimus Deo, quoniam ubique crescit fides christiana<sup>□</sup>, et abundat caritas uniuscujusque omnium christianorum<sup>□</sup> in invicem, ita ut et nos ipsi in eis<sup>□</sup> gloriemur in ecclesia<sup>□</sup> Dei.*<sup>1135</sup> Sed videant catholici, videant orthodoxi<sup>□</sup>, ut *nemo hæreticorum eos<sup>□</sup> seducat.* Sunt enim quidam hæretici quasi<sup>□</sup> *in humilitate et religione angelorum, quam<sup>□</sup> non viderunt, ambulantes<sup>□</sup> frustra, inflati<sup>□</sup> sensu carnis suæ, et non tenentes<sup>□</sup> ex quo totum corpus, per nexum et conjunctione<sup>□</sup> ministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.*<sup>1136</sup> Contra tales hæreticos, catholici *induant se<sup>□</sup> sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam subportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis habet querellam. Et sicut Christus donavit illis<sup>□</sup>, ita et illi donent se invicem<sup>□</sup>.*<sup>1137 1138</sup>

---

<sup>1135</sup> II Thess. 1, 3-4 : fides vestra, et ; uniuscujusque vestrum in ; in vobis gloriemus in ecclesiis D.

<sup>1136</sup> Col. 2, 18-19 : Nemo vos seducat, volens in ; a., quæ non vidit, ambulans frustra, inflatus s. ; non tenens ex.

<sup>1137</sup> Col. 3, 12-13 : Induite vos sicut ; donavit vobis, ita et vos.

<sup>1138</sup> PS. ISID., *Pii prima* I (1) : sedis archiepiscopus ; fides vestra et ; omnium vestrum in ; in vobis gloriemur in ecclesiis D. ; Videte, fratres, videte ut nemo vos seducat, volens in ; angelorum quæ non vidit ambulans frustra, inflatus s. ; non tenens caput ex ; et conjunctiones (*sed* conjunctione B, D, S) m. ; Sed induite vos s. ; donavit vobis, ita et vos.

2. Prædicare autem debent omnes episcopi populo Dei, ut caveant diligenter [fol. 140v] omnes clerici et laici ab omnibus hæreticis, et ab his qui nunc se philosophos esse profitentur<sup>1139</sup>, *ne quis populum Dei<sup>1140</sup> decipiat per philosophiam et inanem fallaciam*, seu per aliquam astrologiam, *secundum traditionem hominum, secundum<sup>xxxxxxxxxxxxxx</sup> elementa mundi, et non secundum Christum* et traditionem rectam. *In Christo enim, ut ait apostolus, habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut sint omnes in eo<sup>1141</sup> repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis.*<sup>1139 1140</sup>

3. Qui et hanc sanctam apostolicam sedem, omnium ecclesiarum mundi caput esse precepit, ipso dicente principi apostolorum Petro : *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferi non prevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni celorum<sup>xxxxxxxxxxxx</sup>. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis<sup>1141</sup>; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis.*<sup>1141 1142</sup>

4. Sicut audivimus, quidam catholici consentiunt hæreticis. Sed quid prodest catholico hæretici<sup>1143</sup> errore non pollui qui consensum prestat erranti ? Sine dubio contra mandata agit<sup>1143</sup>, et qui peccat, et qui consensum prestat erranti.<sup>1143</sup>

5. Cæterum omnes episcopos<sup>1143</sup> nosse volumus quod Pascha Domini die dominico annis temporibus<sup>1143</sup> sit celebranda<sup>1143</sup>. Nec ultra patimur tolerare illos qui cum Judeis Pascha celebrant in decima quarta<sup>xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx</sup> luna primi mensis, quocumque die evenerit, sed a liminibus Ecclesiæ eicimus, nisi morem beati Petri apostoli observaverint, qui semper in dominica die et celebravit et posteris suis celebrandum Pascha tradidit. Istis ergo temporibus Hermes monachus, doctor fidei et scripturarum, effulsit inter nos. Et licet nos secundum traditionem beati Petri apostoli dominica<sup>1143</sup> die celebraremus<sup>1143</sup> Pascha, et quidam inde dubitarent inter nos, propter exemplum diversarum provinciarum, ad

<sup>1139</sup> Col. 2, 8-10 : Videte ne quis vos ; c., et estis in.

<sup>1140</sup> Ps. ISID., *Pii prima* I (3) : quis vos d. ; ut sitis in.

<sup>1141</sup> Matth. 16, 18-19.

<sup>1142</sup> Ps. ISID., *Pii prima* II : in cælo, et ; in cælo.

<sup>1143</sup> Ps. ISID., *Pii prima* III : prodest illi suo e. ; mandata dimittit, et.

corroborandas tamen animas eorum, eidem Herme angelus Domini in habitu pastoris apparuit, et precepit ei ut Pascha die dominico<sup>nnnnnnnnnnnnnnnn</sup> celebraretur tempore suo, hoc est tertia dominica in tertia ebdomada primi mensis juxta Moisen, quod est lunatio mensis aprilis. Et si evenerit decima quarta<sup>oooooooooooooooo</sup> luna in dominica die, non est illa ebdomada tertia sed secunda primi mensis, et ideo mutandum est Pascha in sequenti dominica, ne cum Judeis carnalem legem observemus. Quia apud illos decima quarta<sup>pppppppppppppppp</sup> die, hoc est decima quarta<sup>qqqqqqqqqqqqqqqq</sup> luna, primi mensis, qui apud nos est aprilis, quodcumque<sup>rrrrrrrrrrrrrrrr</sup> die ebdomadis occurrisset<sup>ssssssssssssssss</sup>, Pascha fiebat. Unde et omnes episcopos<sup>□</sup> apostolica auctoritate instruimus omnes eadem per totum orbem servare debere, quia et nos sicut beatus Petrus apostolus servavit et tradidit nobis eadem observamus, nec debent<sup>□</sup> a capite quoquo modo dissidere.<sup>1144</sup>

6. De reverentia pontificum tacere non possumus, quia audivimus pastores ab ovibus persequi. Oves pastorem suum non reprehendant ! Plebs episcopum suum non accuset, nec vulgus eum arguat<sup>□</sup>, quia *non est discipulus super magistrum, neque servus super dominum.*<sup>1145</sup> 'Episcopi autem a Deo sunt judicandi, qui eos sibi oculos elegit, non<sup>□</sup> a subditis aut pravæ vitæ hominibus<sup>□</sup> arguendi, vel accusandi, aut lacerandi, ipso Domino exemplum<sup>□</sup> dante, quando per seipsum et non per alium *vendentes sacerdotes et ementes ejecit de templo, et mensas numulariorum proprio evertit* flagello, et ejecit de templo.<sup>1146</sup> Item propheta ait<sup>□</sup>: *Deus stetit in sinagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.*<sup>1147, 1148</sup> Si quis vero a suo proposito honesto retrorsum exorbitaverit et jussa apostolicæ sedis libenter<sup>□</sup> transgressus fuerit, infamis efficitur, ideoque nec ministros Domini potest accusare.<sup>1149</sup>

<sup>1144</sup> PS. ISID., *Pii prima* I (2) : Cæterum vos n. ; die dominica (*sed* dominico S) annuis solemnitatibus (*sed* temporibus B, D, M, S) sit celebrandum (*sed* celebranda B, D) ; dominica idem predicta die celebremus (*sed* celebraremus B, D, S) P. ; et vos a. ; eadem servamus, nec debetis a.

<sup>1145</sup> Matth. 10, 24.

<sup>1146</sup> cf. Matth. 21, 12.

<sup>1147</sup> Ps. 81, 1.

<sup>1148</sup> ISID., *Sent.* III, 39, 5 (PL, 83, col. 710).

<sup>1149</sup> PS. ISID., *Pii prima* IV : eum arguet (*sed* arguat D, M, S), q. ; e., nam (*sed* non B, D, S) a ; hominibus non sunt (*sed* hominibus B, D, S) a ; Domino exemplo (*sed* exemplum D, M, S) d. ; Et sicut alibi per prophetam loquitur dicens : Deus ; deos discernunt (*sed* discernit B, D) ; sedis transgressus



## SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI PII PAPÆ.

*DICTA beati Pii papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de reverentia erga pastores.*

## [LXXXVII]

1. Licet in sancta Ecclesia presenti mixti sint boni cum malis, vix tamen concordari inter se inveniuntur, quoniam dissimilis est eorum cogitatio, voluntas, et actus.<sup>1152</sup>
2. Desinant ergo mali esse mali, et sectentur bona et erunt concordantes cum bonis, et erunt ipsi jam boni, dum pastoribus suis oboedierint in omnibus. Nihil autem prodest homini jejulare et orare, et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur, et ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Qui autem pastoribus suis detrahunt, semetipsos interimunt. Audiant ergo quod ait propheta : *Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua, ne loquantur dolum ! Deverte a malo et fac bonum !*<sup>1153</sup> Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult. Quia nec in suspitione debet fidelis homo venire, ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Quia omnis suspitio potius repellenda est, quam approbanda vel recipienda.
3. Pastores quærunt pacem ovium, et oves pastorum. Caritas enim *non quærit quæ sua sunt*,<sup>1154</sup> sed quæ aliorum. Quia unius causa, multorum non est preferenda. Quia sicut nihil homini proficit, attestante veritatis voce, *si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur*,<sup>1155</sup> ita melius est multos salvare quam suam solius adversitatem non tolerare. Dominus voluit solus pati, ut multos salvaret. Ipse enim caritatis causa descendit de cælis, et episcopi caritatis causa pro ovibus Christi labores libenter debent suscipere.

---

<sup>1152</sup> Ps. ISID., *Pii prima* v.

<sup>1153</sup> Ps. 33, 14-15.

<sup>1154</sup> I Cor. 13, 5.

<sup>1155</sup> Matth. 16, 26 : s. universum m. ; a. vero s. ; sic VL.  
cf. etiam Marc. 8, 36 et Luc. 9, 25.



4. Cum ipsis pastoribus omnes clerici et laici *sectentur*<sup>1156</sup> *caritatem, æmulentur*<sup>1156</sup> *spiritualia.*<sup>1156</sup> *Caritas patiens autem est, benigna est.* Sint omnes patientes et benigni ; non æmulentur, non agant perperam, non inflentur. *Caritas enim non æmulatur, non agit perperam, non inflatur.*<sup>1157</sup> Non sint pastores neque subditi ambitiosi, non quærant quæ sua sunt. Non irritentur, non cogitent malum, non gaudeant super iniquitatem, congaudeant veritati. Omnia sufferant, omnia credant divina precepta, omnia sperent Dei promissa, omnia sustineant temptamenta et adversa pro Deo, et nunquam excedant neque devient a preceptis Dei. *Caritas enim non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* *Caritas nunquam excedit.*<sup>1158</sup> Semper itaque nos pastores Ecclesiæ cum ovibus Christi<sup>1158</sup> deteriora reiciamus<sup>1158</sup>, et meliora unanimiter perficiamus<sup>1158</sup>. Quia nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis et ea sectemur<sup>1158</sup> indifferenter in Christo Jesu domino nostro, cui est honor et gloria in sæcula. Amen.<sup>1159</sup>

<sup>1156</sup> I Cor. 14, 1 : Sectamini caritatem, æmulamini spiritualia.

<sup>1157</sup> I Cor. 13, 4.

<sup>1158</sup> I Cor. 13, 5-8.

<sup>1159</sup> PS. ISID., *Pii prima* VI : Sectamini caritatem, æmulamini s. ; numquam excidit (*sed excidit M*) ; Semper rogo vos ut deteriora reiciatis, et meliora perficiatis ; ea sectamini i.

SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI PII PAPÆ<sup>VVVVVVVVVVVVVVVVV</sup>.

*Dicta beati Pii papæ ad ædificationem Ecclesiæ.*

¶LXXXVIII

1. Pius, Romanæ urbis archiepiscopus, cunctis episcopis et principibus<sup>¶</sup> per Italiam, salutem. Scimus<sup>¶</sup>, fratres, quia episcopi omnes *Dei agricultura sunt*<sup>¶</sup>; ideo populi *Dei adjutores esse debemus, secundum gratiam quam ipse dedit nobis.*<sup>1160</sup> Si autem curam populi Dei<sup>¶</sup> neglexerimus, nulli dubium est quod damnabimur. Si vero in ejus servitio, qui princeps et pastor pastorum est, pro viribus laboraverimus, verique ejus adjutores fuerimus, ejusque voluntatem adimplere studuerimus, profecto ab eo ditabimur<sup>¶</sup>. Quia *uniuscujusque opus quale sit*, ut ait apostolus, *dies Domini declarabit, et ignis probabit.*<sup>1161</sup> Ad sedem autem apostolicam perlatum est quod sint in Italia inter principes [fol. 141] seculares et clericos<sup>¶</sup> contentiones et æmulationes, et<sup>www</sup> quia predia divinis usibus tradita quidam principes seculares suis vel aliis humanis applicant usibus, et Domino Deo, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant. Quapropter illius usurpationis ab omnibus contumelia depellenda est, ne predia usibus<sup>¶</sup> secretorum cælestium dicata, a quibusdam irruentibus vexentur.<sup>1162</sup>

2. Quod si quis presumpserit, sacrilegus habeatur, et sicut sacrilegus judicetur. Ipsos autem sæculares qui hoc agunt, audivimus clericos et Domini sacerdotes persequi, eosque infamari, ut malum super malum addant, et deteriores fiant, non intelligentes quod ecclesia Dei in sacerdotibus consistit, et *crescit in templum Dei.*<sup>1163</sup> Et sicut qui ecclesiam Dei vastat, ejus predia et donaria expoliat et invadit fit sacrilegus, sic et ille qui ejus sacerdotes insequitur sacrilegii reus existit, et sacrilegus judicatur.<sup>1164</sup>

<sup>1160</sup> I Cor. 3, 9-10 : agricultura estis.

<sup>1161</sup> cf. I Cor. 3, 13.

<sup>1162</sup> PS. ISID., *Pii secunda* VII : a., fratribus per ; Scitis, fratres ; agricultura sumus, ideo ejus a. ; autem hoc esse n. ; eo ditabitur (*sed* ditabimur *D, S*) ; inter vos c. ; predia sibi (*sed* usui *D*).

<sup>1163</sup> Eph. 2, 21.

<sup>1164</sup> PS. ISID., *Pii secunda* VIII (1).

3. Itaque<sup>□</sup> salva in omnibus apostolica auctoritate, quæcumque sunt ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suæ dioceseos sinodis audiantur, et examinentur.<sup>1165</sup>

4. Et si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum vel laicorum, quamvis potentium, suo episcopo inoboediens fuerit, aut ei insidias paraverit, aut contumeliam aut calumniam, et convinci potuerit<sup>†</sup>, mox curiæ tradatur. *Qui autem facit injuriam, recipiat hoc quod inique gessit.*<sup>1166</sup> Nullus ministros Domini lingua detrahat, quia *corrumpunt mores bonos colloquia mala.*<sup>1167</sup> Immo qui tales sunt, cohibeant se, ut ait apostolus : *Evigilate justi, et nolite peccare !*<sup>1168 1169</sup>

5. *Emulentur*<sup>□</sup> *carismata meliora,*<sup>1170</sup> hoc est dilectionem fraternam, et nullatenus talia agant, nullatenus predia ecclesiarum invadant, nullatenus ministros ecclesiasticos insequantur, nec eis misceantur aut consentiant qui talia agunt. Quoniam *non solum qui talia agunt sunt* hujus criminis, id est sacrilegii, rei, *sed etiam qui facientibus consentiunt.*<sup>1171 1172</sup>

6. Scimus<sup>xxxxxxxxxxxxxxxx</sup> autem quia fornicatio non est gravius peccatum quam sacrilegium. Et sicut majus peccatum<sup>yyyyyyyyyyyyyy</sup> est quod in Deum committitur, quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere quam fornicari. Et tamen tam grave peccatum est fornicatio, ut de quodam christiano qui hoc<sup>zzzzzzzzzzzzzz</sup> crimen admiserat in *uxorem patris sui,*<sup>1173</sup> scribat<sup>□</sup> apostolus his clericis qui ei paenitentiam injungere debebant : *Vos quidem inflati estis et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, id est de societate ceterorum fidelium laicorum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, jam judicavi ut presens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Jesu Christi convenientibus in unum*<sup>□</sup> *vobis et meo spiritu in*<sup>□</sup> *virtute Domini Jesu, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus*

<sup>1165</sup> PS. ISID., *Pii secunda* IX (5) : De cetero salva.

<sup>1166</sup> Col. 3, 25.

<sup>1167</sup> I Cor. 15, 33.

<sup>1168</sup> I Cor. 15, 34.

<sup>1169</sup> PS. ISID., *Pii secunda* X : convinci poterit (*sed potuerit D, M, S*), m.

<sup>1170</sup> I Cor. 12, 31 : Emulamini carismata meliora.

<sup>1171</sup> Rom. 1, 32 : sunt morte digni, s.

<sup>1172</sup> PS. ISID., *Pii secunda* VIII (2) : Emulamini carismata meliora, et nolite talia agere, nec eis misceri aut consentire qui.

<sup>1173</sup> cf. I Cor. 5, 1.

*salvus sit in die domini nostri Jesu Christi. Non bona gloriatio vestra, hoc est quia leve peccatum judicabatis illud. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?*<sup>1174</sup> Hoc est : fornicatio omnia alia bona opera polluit, ne Deo sint accepta. *Expurgate*, inquit apostolus, *vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azimi !* Hoc est : illam fornicationem mundate per poenitentiam, ut sitis purificati ! *Etenim*<sup>aaaaaaaaaaaaaaaa</sup> *Pascha nostrum, immolatus est Christus ;* hoc est : Christus morte sua nos redemit, ideo puri serviamus ei. *Itaque epulemur, hoc*<sup>bbbbbbbbbbbbbbbb</sup> *est communicemus sacrificio sancti altaris ; non in fermento veteri, hoc est pollutione fornicationis*<sup>cccccccccccccccc</sup> ; *neque in fermento malitiæ et nequitiae sed in azimis sinceritatis et veritatis, hoc est mundati corde et corpore.* Item quia fornicatio grave peccatum est, ait<sup>□</sup> idem apostolus : *Scripti vobis in epistula ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus aut idolis servientibus. Alioquin, melius fuerat vos jam mortuos corpore esse.*<sup>1175</sup> Hic apostolus fornicarios grave judicat sicut et rapaces, aut idolatras, aut avaros, hoc est pecuniæ amatores magis quam Dei. Quanto majus est crimen sacrilegii quod in Deum fit ?<sup>1176</sup>

7. Item ut fideles a talibus se separent, sicut ab excommunicatis, ait apostolus : *Nunc autem*<sup>□</sup> *scripsi vobis non commisceri*<sup>□</sup>. *Si is qui frater, hoc*<sup>ddddddddddddddd</sup> *est christianus, nominatur est fornicator*<sup>□</sup>, *aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere.*<sup>1177</sup> Hoc est : pro excommunicato eum reputate, ut non comedatis cum eo, et ipse segregatus a vobis per excommunicationem, permaneat in luctu pænitiæ, ut in die judicii salvus sit. Item ait apostolus : *Quid enim mihi de his qui foris sunt judicare, hoc est de his qui christiani non sunt ? Nonne de his qui intus sunt vos judicatis*<sup>□</sup> ? Hoc est : christianos laicos clerici judicant in pænitentia propter consilium fraternum. *Nam eos qui foris sunt, deus judicabit ;* hoc est : eos qui non sunt christiani deus

<sup>1174</sup> I Cor. 5, 2-6 : C. congregatis vobis ; s. cum virtute.

<sup>1175</sup> I Cor. 5, 7-10 : Alioquin, debueratis de hoc mundo exiisse.

<sup>1176</sup> Ps. ISID., *Pii secunda* IX (1) : De talibus ait apostolus ; C. congregatis vobis ; s. cum virtute ; ait ipse (*sed* ait B, D, S) i. ; Alioquin, debueratis de hoc mundo exiisse.

<sup>1177</sup> I Cor. 5, 11.

perdet in suo iudicio. *Auferte malum ex vobisipsis* ; hoc est : excommunicate et eicite a vestra societate illos qui incorrigibiles sunt, ut sint in sua potestate et arbitrio !<sup>1178</sup> Forte Deus eis inspirabit correctionem. Quem enim incorrigibilem videmus dimittamus eum in suo arbitrio foris, ne si invitum eum tenemus, desperatus se ipsum aut aquis aut laqueo aut alio quolibet modo interimat, et nos simus rei mortis ejus.<sup>1179</sup>

8. Item ait apostolus : *Audet aliquis vestrum, habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos et non apud sanctos ?* Hoc est : christianus christianum non debet accusare ante eos principes qui christiani non sunt ; et clericus clericum non debet accusare ante laicum. *An nescitis quoniam sancti<sup>o</sup> de mundo judicabunt ?* Hoc est : christiani principes judicabunt non christianos, quod modo videmus, quia reges terræ jam christiani facti subjectos habent paganos inter quos judicant. *Et si in vobis judicabitur mundus, hoc est si christiani in hoc sæculo habebunt iudicium super subjectos paganos, indigni estis quidem ut de minimis iudicetis.* Hoc est : non debet christianus christianum accusare de minimis causis, sed etiam magna indulgeat alter alteri, antequam litigium inter eos audiatur. *Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia !*<sup>1180</sup> Hoc est : apostoli sive episcopi iudicare debent inter spirituales viros dum fuerit necesse, inter sacerdotes, qui angeli dicuntur, et inter clericos, sed multo magis inter laicos iudicare debent episcopi, si tantam potestatem habent ut inter angelos, hoc est sacerdotes sive spirituales viros, causas examinent : apostolica Romana sedes, omnes episcopos dum necesse est examinet ; in loco apostolorum, episcopi angelos, hoc est sacerdotes, iudicant. Nemo enim presumere debet sacerdotes iudicare, nisi episcopus. Quia episcopi super reges et

---

<sup>1178</sup> I Cor. 5, 12-13.

<sup>1179</sup> PS. ISID., *Pii secunda* IX (2) : Nunc hoc (*sed* autem B, D, S) s. ; non commisceamini (*sed* commisceri B, D, S). Si quis (*sed* qui S) f. ; fornicator, immundus (*sed* fornicator B, D, S), a. ; vos iudicastis (*sed* iudicatis B, D, S).

<sup>1180</sup> I Cor. 6, 1-3.

omnes laicos constituti sunt, non imperatores neque laicorum<sup>eeeeeeeeeeeeee</sup> quiquam constituti sunt super sacerdotes Dei.<sup>1181</sup>

9. Item apostolus ait : *Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, hoc est laicos, illos constituite ad iudicandum ! Ad verecundiam vestram dico : Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles. Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis [fol. 141v] inter vos. Quare non magis injuriam accipitis ? Quare non magis fraudem patimini ? Sed vos injuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt ? Nolite errare ! Neque fornicarii<sup>o</sup>, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, in nomine domini nostri Jesu Christi, et in spiritu Dei nostri.*<sup>1182 1183</sup>

10. Considerent omnes quam grave peccatum est sacrilegium, hoc est predia Ecclesiæ invadere et ministros Ecclesiæ persequi, si fornicatio pro tanto ducitur, ut a regno Dei separet hominem, et patribus suis cuncti reverentiam exhibeant debitam, ut pastores et oves pariter consequantur regnum æternum Jesu Christi domini nostri, cui est gloria in sæcula. Amen.

<sup>1181</sup> Ps. ISID., *Pii secunda* IX (3) : sancti Dei (*sed sancti B, D, M, S*) de.

<sup>1182</sup> I Cor. 6, 4-11.

<sup>1183</sup> Ps. ISID., *Pii secunda* IX (4) : Neque fornicari (*sed fornicarii D, S*), n.

**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS BEATI ANICII PAPAÆ.**

BEATUS Anicius papa...

***Dicta beati Anicii papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de dignitate et concordia episcoporum.***

**[LXXXIX]**

1. Universis ecclesiis<sup>□</sup>, Anitius in Domino salutem. ‘Bonorum operum et spiritualium studiorum, karissimi, Deum auctorem esse non dubium est, qui bonorum hominum incitat mentes et adjuvat actiones. Quod cunctis<sup>□</sup> evidenter apparet, cum inter spatia longinqua regionum diversarum, episcoporum<sup>□</sup> corda unum sentiunt consilium, et quæ desiderant in populo Dei corrigere<sup>□</sup>, non unius sed plurimorum consensus confirmat<sup>□</sup>.’<sup>1184</sup> Quidam fratres<sup>□</sup> ex longinquis Galliarum provinciis consuluerunt nos scriptis suis de ordinandis episcopis, et de elatione quorundam archiepiscoporum super episcopos, et de clericis qui capitis verticem non radunt.<sup>1185</sup>

2. De ordinationibus sane episcoporum, olim in sancti predecessoris nostri Analeti quædam jam decreta repperimus : Scimus enim beatissimum Jacobum apostolum, qui dicebatur justus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, a Petro et Jacobo et Johanne apostolis Hierosolimorum esse episcopum ordinatum.<sup>1186 1187</sup>

3. Hucusque beatus Anicius. Sciendum autem beatum Jacobum apostolum ita esse ordinatum a tribus apostolis, ut tamen jam ab ipso Domino esset consecratus. Non itaque ab eis consecratus, sed in cathedra episcopali per electionem et assensum eorum

<sup>1184</sup> LEO M., *Epist.* 61, 1 (col. 874).

<sup>1185</sup> PS. ISID., *Aniceti prima* I : ecclesiis per Galliæ provincias constitutis, Anicetius (*sed Anitius B, D, M*) in ; Quod nobis evidenter apparuit c. ; r., vestra corda unum senserunt consilium ; quæ desiderabatis responsa, n. ; plurimorum epistolæ intimarunt.

<sup>1186</sup> *cf. supra* Sermo in conc. II LIX 2.

<sup>1187</sup> PS. ISID., *Aniceti prima* I.

illis adstantibus est inthronizatus. Simili modo Petrus in Antiochiæ sede, deinde in Romana cathedra, ab aliis episcopis ordinatus est, non ita ut ab eis consecraretur in ordine pontificali, qui ab ipso Christo jam consecratus fuerat, sed oratione et assensu adstantium inthronizatus est. In Antiochia quidem ab eis qui in eadem regione adhuc erant apostoli ; Romæ vero ab eis qui cum eo ab Antiochia venerunt. Fuerunt autem qui cum eo venerunt : beatus Martialis, primus Dei adnuntiator in Galliis, condiscipulus et carne propinquus et in baptisate filius ejus ; et Marcus evangelista, primus Christi adnuntiator in Ægipto, et in baptisate filius ejusdem Petri ; item Linus et Cletus, Alpinianus et Austriclinianus, episcopi, qui in commune cum apostolis Ecclesiam gubernaverunt.

4. De talibus enim qui presbiteri simul et episcopi censebantur, dicebat Paulus alloquens presbiteros Ephesi : *Vos, inquit, Spiritus Sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei.*<sup>1188</sup> Tales enim ideo censebantur presbiteri, quia subjecti erant apostolis. Ideo censebantur episcopi, quia in commune cum eis ad Ecclesiam gubernandam invigilabant, sicut mos est eorum qui vicarii episcoporum sunt, quos greci ‘corepiscopos’ vocant, qui quasi presbiteri subjecti sunt episcopo suo, et quasi episcopi cooperatores ad gubernationem et laborem Ecclesiæ episcopo suo existunt. Et quod in antiquis codicibus invenimus Marcialem fuisse ordinatum in episcopatu ab apostolis, intelligendum est illam ordinationem esse quando electione et assensu apostolorum cathedram<sup>hhhhhhhhhhhhhhhh</sup> Lemovicensem jussus est suscepisse, vel absens adhuc in oriente degens, ubi Spiritus Sanctus unicuique apostolorum partes et provintias sive regiones terrarum in sortem predicandi dispertitus est, ipsumque dedit Galliam suscipere et adire in officio apostolatus ; vel presens quando ab episcopis<sup>iiiiiiiiiiiiiii</sup> Alpiniano et Austricliniano inthronizatus est, in ipsa prima ecclesiarum omnium tocius Galliæ, quam ipse de templo sculptilium consecravit Deo templum in honore<sup>iiiiiiiiiiiiiii</sup>

<sup>1188</sup> Act. 20, 28.



Stephani protomartiris et consanguinei sui. Hæc enim ecclesia prima fuit in tota Gallia dedicata, et primatum fidei in occidente ipsa primum suscepit. Consecratus est autem Marcialis in ordine episcopali ab ipso domino nostro Jesu Christo cum ceteris apostolis, quando *elevatis manibus benedixit eis et ferebatur in cælum.*<sup>1189</sup>

5. Fateantur autem necesse est contentiosi qui eum ideo negant esse apostolum, eo quod non sit unus de duodecim<sup>kkkkkkkkkkkkkkkk</sup>, aut eum non accepisse a Christo cum aliis apostolis potestatem ligandi atque solvendi, aut accepisse et jure apostolum esse. Si negant accepisse, traditionem et statuta et auctoritatem priorum qui de eo scripserunt, ejusque gesta receperunt et crediderunt, violant, et terminos patrum antiquos transgrediuntur. Si confitentur accepisse quidem, sed non ideo jure apostolum esse, divinæ constitutioni repugnant ; voluntati et potestati Dei resistere videntur. Sed voluntati Dei nemo poterit resistere.<sup>1190</sup> *Non est autem prudentia, non est consilium contra Deum.*<sup>1191</sup> De talibus scriptum est : *Perdam sapientiam sapientium, et intelligentiam prudentium reprobabo.*<sup>1192</sup> Item ipsa Veritas ait : *Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cælestis, eradicabitur.*<sup>1193</sup> Si enim plantatum quod non est a Deo eradicabitur, profecto quod Deus plantavit, statuit, constituit, ordinavit, nullatenus a quoquam poterit divelli ; immo qui Dei ordinationi repugnat, sub omni festinatione disperdet illum Deus. Membrum enim diaboli est, qui adversus Deum est.

6. Constituunt autem canones apostolorum episcopum a tribus vel duobus episcopis ordinari. Marcialis quippe a duobus inthronizatus est. Aurelianum autem consecravit et ordinavit episcopum pro se, non solus sed cum duobus. Sed qui quærunt alios episcopos per Aquitaniam esse a Marciale ordinatos, quia in ejus gestis non exprimitur, cur non quærunt singula nomina diaconorum et presbiterorum quos

<sup>1189</sup> Luc. 24, 50-51 : elevatis manibus suis benedixit eis ; (...) et ferebatur in celum.

<sup>1190</sup> cf. Rom. 9, 19 : voluntati enim ejus quis resistit ?

<sup>1191</sup> Prov. 21, 30 : c. Dominum ; sic VL.

<sup>1192</sup> I Cor. 1, 19.

<sup>1193</sup> Matth. 15, 13.

nimirum multos ipse ordinavit, et tamen in ejus gestis non exprimuntur ? Sedes autem Romana, a qua omnis auctoritas semper procedit, ideo de ordinatione episcoporum non minus quam a tribus intimat, ut futuris temporibus eadem ordinatio episcopalis rata permaneat.

7. Unde beatus Anicius papa, de hac re iterum dicit : Si autem, inquit, non minus quam a tribus apostolis tantus vir fuit episcopus ordinatus (id est Jacobus apostolus), patet profecto apostolos [fol. 142] eosdem formam instituentem Domino tradidisse non<sup>o</sup> minus quam a tribus episcopis episcopum ordinari debere. Sed crescente numero episcoporum, nisi necessitas<sup>o</sup> intervenerit, debent etiam plures augeri. Id est si archiepiscopus diem obierit, et alter ordinandus<sup>o</sup> archiepiscopus electus fuerit, omnes ejusdem provinciae episcopi ad sedem metropolim conveniant, ut<sup>o</sup> ab omnibus ipse<sup>o</sup> ordinetur. ‘Oportet enim ut ipse qui illis omnibus preesse debet, ab omnibus illis eligatur et ordinetur.’<sup>1194</sup> Reliqui vero conprovinciales episcopi, si necesse fuerit, caeteris consentientibus, a tribus jussu archiepiscopi consecrari possunt episcopi. Sed melius est si ipse cum omnibus eum qui dignus est elegerit, et cuncti pariter sacraverint pontificem.<sup>1195</sup>

8. Et licet istud necessitate cogente concessum sit, illud tamen quod de archiepiscopi consecratione preceptum atque predictum est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus inmutari licet. Quia qui illis praest, ab omnibus episcopis quibus preest debet constitui. Sin aliter presumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit ejus secus acta ordinatio. Ipse autem archiepiscopus nichil super eos elevetur, nihil de eorum causis aut<sup>o</sup> aliis communibus juxta statuta apostolorum absque cunctorum illorum agat consilio, nec illi, nisi quantum ad proprias parroechias pertinet, sine suo. Quoniam tali gaudet concordia altissimus, et gloriatur in membris suis.<sup>1196</sup>

9. Nulli archiepiscopi vocentur primates, nisi illi qui primas tenent civitates, quarum episcopos apostoli<sup>o</sup> et successores eorum regulariter patriarchas vel primates esse constiterunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem episcoporum primatem constitui.

<sup>1194</sup> LEO M., *Epist.* 10, 6 (col. 634).

<sup>1195</sup> PS. ISID., *Aniceti prima* I : non a (*sed non D, M, S*) m. ; nisi necessitatis (*sed necessitas B, D, M, S*) i. ; ordinandus est (*sed ordinandus B, D, M, S*) a. ; ipse eligatur et (*sed ipse B, M*) o.

<sup>1196</sup> PS. ISID., *Aniceti prima* II : aut de (*sed aut B, D, S*) a.



*predicta sunt ab apostolis domini<sup>□</sup> nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua<sup>□</sup> ambulantes impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, karissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei in Spiritu Sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, exspectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi in vitam æternam ! Et hos quidem arguite judicantes ; illos vero salvate de igne rapientes ! Aliis autem miseremini in timore, odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam.*<sup>1203 1204</sup>

12. Item admonemus omnes episcopos ut<sup>□</sup> prohibeant, per universas regionum suarum<sup>□</sup> ecclesias, ut clerici juxta apostolum comam non nutriant, sed desuper caput<sup>□</sup> in modum speræ radant. Quia sicut discreti debent esse in conversatione, ita et in tonsura et omni habitu discreti debent apparere. Hæc fratribus nostris<sup>□</sup> custodienda committimus et custodire precipimus in Christo Jesu domino nostro, in cujus<sup>□</sup> nomine omne genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.<sup>1205</sup> Amen.<sup>1206</sup>

---

<sup>1203</sup> Judæ 17-23 : ambulantes in impietatibus.

<sup>1204</sup> PS. ISID., *Aniceti prima* IV : Nolite, karissimi, inter vos contendere ; a. diligite vos invicem, quia (*sed* quoniam B, D, S) caritas ; Memores estote, f. ; apostolis Jesu (*sed* Domini Jesu S) ; desideria ambulantes (*sed* sua ambulantes B, D, M, S) in peccatum.

<sup>1205</sup> Phil. 2, 10-11 : Ut in nomine Jesu.

<sup>1206</sup> PS. ISID., *Aniceti prima* V : Prohibete, fratres, per ; regionum vestrarum e. ; desuper capitæ (*sed* capita D) in ; Hæc vobis, fratres, ut petistis c. ; J., ut in nomine.



*Deus filium suum factum<sup>□</sup> ex muliere, factum sub lege.<sup>1211</sup> Et ad Philippenses : In similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo.<sup>1212</sup> Et in Psalmo tricesimo<sup>pppppppppppppppp</sup> : Infirmata est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt ; et super omnes inimicos meos factus sum obprobrium.<sup>1213</sup> Item ibi : Oblivioni traditus sum tamquam mortuus a corde, factus sum tamquam vas perditum.<sup>1214</sup> Et in septuagesimo<sup>qqqqqqqqqqqqqqqq</sup> : Tamquam prodigium factus sum multis, et tu adjutor fortis.<sup>1215</sup> Et in septuagesimo<sup>□</sup> secundo<sup>rrrrrrrrrrrrrrrr</sup> : Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.<sup>1216</sup> Et in septuagesimo sexto<sup>ssssssssssssss</sup> : Monte<sup>ttttttttttttttt□</sup> Sion, dicit homo, et homo factus<sup>□</sup> est in ea, et ipse fundavit eam altissimus.<sup>1217</sup> Et in septuagesimo septimo<sup>uuuuuuuuuuuuuuuu</sup> : Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.<sup>1218</sup> Et in centesimo octavo<sup>vvvvvvvvvvvvvvvv</sup> : Factus sum obprobrium illis ; viderunt me et moverunt capita sua.<sup>1219</sup> Et in centesimo primo<sup>wwwwwwwwwwwwwwww</sup> : Vigilavi et factus sum sicut passer singularis<sup>xxxxxxxxxxxxxxxxxx□</sup> in tecto.<sup>1220</sup> Et in Evangelio : Pastores loquebantur ad invicem : « Transeamus usque Bethleem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus et ostendit nobis. »<sup>1221</sup> Et Johannes : Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.<sup>1222, 1223 1224</sup>*

4. ‘Filius igitur, secundum carnem dicitur factus. Nam secundum divinitatem a Patre nusquam legitur factus, sed genitus.’<sup>1225</sup> ‘Dum enim Pater loquitur, Filius loquitur ; et cum Filius loquitur, Patrem<sup>□</sup> in illo loquentem documentis caelestibus comprobatur, Paulo apostolo attestante, qui ait : Multis partibus multisque modis ; olim Deus locutus est patribus in prophetis, novissime autem locutus

<sup>1211</sup> Gal. 4, 4 : At ubi venit.

<sup>1212</sup> Phil. 2, 7.

<sup>1213</sup> Ps. 30, 11-12.

<sup>1214</sup> Ps. 30, 13.

<sup>1215</sup> Ps. 70, 7.

<sup>1216</sup> Ps. 72, 23.

<sup>1217</sup> Ps. 86, 5 : Numquid Sion, dicet homo ; homo natus e.

<sup>1218</sup> Ps. 87, 5-6.

<sup>1219</sup> Ps. 108, 25.

<sup>1220</sup> Ps. 101, 8.

<sup>1221</sup> Luc. 2, 15.

<sup>1222</sup> Joh. 1, 14.

<sup>1223</sup> PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I, 9 (p. 23).

<sup>1224</sup> PS. ISID., *Sotheri prima* I : suum natum ex ; in sexagesimo s. ; Montem Sion, dicet homo ; homo natus (*sed factus S*) e. ; passer singularis (*sed solitarius D, S*) in.

<sup>1225</sup> PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I, 9 (p. 23).

*est nobis in Filio.*<sup>1226</sup> Et ut eundem Filium excepto Patris precepto doceam fuisse locutum, ex Isaiaë prophetæ volumine proferimus documentum : Hæc dicit Dominus : « *In illa die sciet populus meus quoniam ego sum ipse qui loquebar in servis meis prophetis, evangelizans auditum pacis, et ecce adsum.* »<sup>1227</sup> Item ibi<sup>0</sup> : *Ego sum Dominus qui loquor justitiam, et adnuntio veritatem.*<sup>1228</sup> Item ibi : *Cogitavi et locutus sum, et adduxi et creavi et feci.*<sup>1229</sup> Et apostolus : *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus ?*<sup>1230</sup> Et in Psalmo centesimo<sup>0</sup> octavo<sup>yyyyyyyyyyyyyyyy</sup> : *Loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar.*<sup>1231</sup> Et ipse Dominus in Evangelio, cæco a se inluminato dicit : *Et vidisti eum, et qui loquitur tecum ipse est.*<sup>1232</sup> Et Samaritanæ mulieri ait : *Ego sum qui loquor tecum.*<sup>1233</sup> Et ad discipulos : *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*<sup>1234</sup> Et ad Patrem : *Ego ad te venio,*<sup>1235</sup> et hæc loquor in mundo.<sup>1236</sup> Et iterum judeis interrogantibus eum : « *Tu quis es ?* », respondit : *Ego sum principium, qui et loquor vobis.*<sup>1237</sup> Et item judeis dicit<sup>0</sup> : *Loquor vobis et non auditis<sup>0</sup> ; si autem venerit alius, illum audietis.*<sup>1238</sup> Et iterum : *Hæc locutus est Jesus<sup>0</sup> in gazophilatio, docens in templo. Et nemo adprehendit eum, quia nondum venerat hora ejus.*<sup>1239</sup> Ecce in his omnibus quæ superius dicta sunt, non docetur Filius precepto Patris fuisse locutus<sup>0</sup>, sed magis proprium in loquendo exercuisse sermonem.<sup>1240 1241</sup>

5. 'Esaias quoque propheta ait : Hæc dicit Dominus : *Ego feci terram sensu meo, et hominem super eam.* Ego<sup>0</sup> solidavi cælum manu mea ; ego sideribus mandavi ut lucerent in cælo.<sup>1242</sup> Item ibi<sup>0</sup> :

<sup>1226</sup> Hebr. 1, 1-2 : Multifariam multisque.

<sup>1227</sup> Is. 52, 5-6.

<sup>1228</sup> Is. 45, 19 : adnuntio recta.

<sup>1229</sup> Is. 46, 11.

<sup>1230</sup> II Cor. 13, 3.

<sup>1231</sup> Ps. 118, 46.

<sup>1232</sup> Joh. 9, 37.

<sup>1233</sup> Joh. 4, 26.

<sup>1234</sup> Joh. 6, 64.

<sup>1235</sup> Joh. 17, 11.

<sup>1236</sup> Joh. 8, 26.

<sup>1237</sup> Joh. 8, 25.

<sup>1238</sup> Joh. 5, 43 : Veni ego et non accipitis, si ; illum accipietis.

<sup>1239</sup> Joh. 8, 20.

<sup>1240</sup> Ps. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I, 10 (p. 23-24).

<sup>1241</sup> Ps. ISID., *Sotheri prima* II : loquitur, Pater (*sed* Patrem B, M) in illo loquens (*sed* loquentem B, M) d. ; Item alibi (*sed* ibi B, D, M, S) ; centesimo decimo o. ; judeis dixit (*sed* dicit B, D, S) ; non audistis (*sed* audistis B, M), si ; est Dominus in ; fuisse locutum (*sed* locutus D, M, S\*), s.

<sup>1242</sup> Is. 45, 11-12 : Tenderunt cælos manus meæ, et omni militiæ eorum mandavi.

Omne *consilium meum* studui, et omnia quaecumque cogitavi ego feci.<sup>1243</sup> Item ibi<sup>□</sup> : *Sic dicit Dominus, qui constituit cælum et terram et fecit eam, ipse finivit eam.*<sup>1244</sup> Item ibi<sup>□</sup> : *Ego primus et ego in æternum ; manus mea fundavit terram, dextera mea solidavit cælum.*<sup>1245</sup> Item ibi<sup>□</sup> : *Ego feci terram in fortitudine mea magna, et in brachio meo<sup>=====</sup> excelso.*<sup>1246</sup> Et<sup>□</sup> in Hieremia : *Dominus fecit terram in fortitudine<sup>□</sup> sua magna, et erexit orbem<sup>□</sup> in sapientia ; et prudentia sua extendit cælum, et posuit sonum aquæ in cælo.*<sup>1247·1248 1249</sup>

6. De fide hæc diximus catholica, predicantes quia filius Dei verus Deus est cum Patre et Spiritu Sancto, et damnantes hæreticos qui sanctam Trinitatem verum unum Deum blasphemant. Defendant ergo pastores Ecclesiæ contra hæreticos et<sup>□</sup> contra malivolos homines inconcussam Ecclesiæ statum, ut eos<sup>□</sup> Christi dextera defendat in evum.<sup>1250</sup>  
Amen.<sup>1251</sup>

<sup>1243</sup> Is. 46, 10 : meum stabit, et omnis voluntas mea fiet.

<sup>1244</sup> Is. 45, 18 : D., creans cælum ; ipse plastes ejus.

<sup>1245</sup> Is. 48, 12-13 : ego novissimus ; mea mensa est c.

<sup>1246</sup> Jer. 27, 5 : meo extento.

<sup>1247</sup> Jer. 10, 12 et 51, 15.

<sup>1248</sup> PS. VIGIL. THAPS., C. *Varimad.* I, 11 (p. 25).

<sup>1249</sup> PS. ISID., *Sotheri prima* II : ego omnibus s. ; Item alibi (*sed ibi B, M*) ; Item alibi (*sed ibi B, D, M, S*) ; Item alibi (*sed ibi B, D, M, S*) ; Et in Hieremia (*sed Item ibi B, D, M, S*) ; Item (*sed Et S*) in ; in virtute s. ; orbem terræ in.

<sup>1250</sup> LEO. M., *Epist.* 44, 3 (col. 831).

<sup>1251</sup> PS. ISID., *Sotheri prima* II : Defendite, karissimi, rogamus contra ; ut vos C.



**SERMO IN CONCILIO EX DICTIS Sotheri papæ.**

***Dicta beati Sotheri papæ de reverentia altaris et de prudentia pastoralis, ad instructionem sanctæ Ecclesiæ.***

**[[XCI**

1. Dilectissimis fratribus per Italiæ provintias sanctis constitutis episcopis, Sother papa. ‘Divinis preceptis et apostolicis monitis omnes pastores ecclesiarum informantur<sup>□</sup> ut pro tocuis sanctæ Ecclesiæ statu impigro vigilant effectu. Ac si quid usquam reprehensionis<sup>□</sup> invenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantia imperitia aut presumptionis usurpatione revocent<sup>□</sup>.’<sup>1252 1253</sup>

2. Nos autem<sup>aaaaaaaaaaaaaaaa</sup>, quibus sancta Romana sedes apostolica a Deo commissa est, qui pro omnium ecclesiarum statu summopere vigilare debemus, admonemus omnes episcopos de reverentia sancti altaris. Perlatum est enim ad apostolicam sedem poenes quasdam provintias<sup>□</sup> sacratas Deo feminas vel monachas sacra vasa vel sacratas pallas contingere, et incensam<sup>□</sup> circa altaria deferre. Quæ omnia reprehensione et vituperatione plena esse, nullo<sup>□</sup> recte sapientium dubium est. Quapropter hujus sanctæ sedis auctoritate<sup>bbbbbbbbbbbbbbbb</sup> omnibus episcopis<sup>□</sup> hæc omnia resecare funditus, quanto citius<sup>□</sup> poterint, censemus, et ‘ne pestis hæc<sup>□</sup> latius divulgetur, per omnes provintias abstergi citissime mandamus.’<sup>1254 1255</sup>

3. ‘Quod enim Ecclesia in magna reverentia esse debet, ait apostolus : *Despondi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.*<sup>1256</sup> Illo cum<sup>□</sup> enim vere virgo Ecclesia sponsa unius viri

<sup>1252</sup> LEO M., *Epist.* 16, prol. (col. 695-696).

<sup>1253</sup> PS. ISID., *Sotheri secunda* III : monitis informamur ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus effectu (*sed affectu B, D, S*) ; usquam reprehensione i. ; usurpatione revocemus.

<sup>1254</sup> *cf.* LEO M., *Epist.* 7, 2 (col. 621-622).

<sup>1255</sup> PS. ISID., *Sotheri secunda* III : poenes vos s. ; et incensum c. ; e., nulli recte ; auctoritate vobis h. ; quantotius (*sed quanto citius B, D, M, S*) poteritis c. ; pestis hoc (*sed hæc B, D, M, S*) l.

<sup>1256</sup> II Cor. 11, 2.

Christi, quæ nullo se patitur errore, vel inhonesta vitiari reprehensione, ut per totum mundum una nobis sit unius castæ communionis integritas.<sup>1257 1258</sup>

4. Contra hæreticos autem quos audivimus emersisse callidos et quasi in aperto religiosos ut simplices decipiant, admonemus omnes cavere. Itaque consurgant omnes episcopi<sup>□</sup> cum Deo et assistant<sup>□</sup> ei, induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem catholicam<sup>□</sup>, et probent spiritus sapienter, id est verba illorum, si ex Deo sunt. De talibus episcopis prudentibus, scriptum est in Hieremia : *Probatorem dedi te in populo meo robustum, et scies<sup>□</sup> et probabis viam eorum.*<sup>1259</sup> Multum namque sacerdotibus Christi<sup>□</sup> necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientiæ, discretionis, quæ occulta tenebrarum revelat ad requisitionem hujusmodi rei et scrutationem. Quoniam latet quodammodo et absconditur, vixque comprehenditur quorundam hæreticorum dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiat, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus ait : *Nam hujusmodi pseudo-apostoli, operarii subdoli, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quando ipse Satanus transfiguratur se velut angelus lucis, si hæretici vel alii ministri ejus transfigurentur<sup>□</sup> velut ministri justitiæ, quorum finis secundum opera eorum.*<sup>1260</sup> Sed et Dominus in hoc premuniens nos, ait : *Adtendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.*<sup>1261 1262</sup>

5. Ergo in ipsum Dominum ex toto corde referamus<sup>□</sup> ante omnia super tali questione deprecationem ; dicamus<sup>□</sup> cum David : *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua !*<sup>1263</sup> *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis.*<sup>1264</sup> Quoniam ipsius est

<sup>1257</sup> LEO M., *Epist.* 80, 1 (col. 913).

<sup>1258</sup> PS. ISID., *Sotheri secunda* III : Illa est enim.

<sup>1259</sup> Jer. 6, 27.

<sup>1260</sup> II Cor. 11, 13-15.

<sup>1261</sup> Matth. 7, 15-16

<sup>1262</sup> PS. ISID., *Sotheri secunda* III : Itaque consurgite, fratres karissimi, c. ; et assistite ei ; fidem ejus, et probetur s. ; scies et facies (*sed scies B, D, S*) et ; namque nobis n. ; ejus transfigurantur (*sed transfigurentur B, D, S*) v.

<sup>1263</sup> Ps. 118, 18.

<sup>1264</sup> Ps. 118, 105.

*sapientia*<sup>cccccccccccccccc</sup>, sicut ait beatus Danihel propheta, et prudentia et fortitudo ejus sunt.<sup>1265</sup> Dat sapientiam sapientibus, et scientiam<sup>l</sup> intellegendibus disciplinam. Ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est. Tibi Deus patrum nostrorum confiteor quia sapientiam et fortitudinem dedisti mihi, et ostendisti mihi quæ rogavi te.<sup>1266</sup> Omnes ergo in veritate persistamus et fide et dilectione Jesu Christi domini nostri, cui est gloria in sæcula. Amen.<sup>1267</sup>

---

<sup>1265</sup> Dan. 2, 20.

<sup>1266</sup> Dan. 2, 21-23.

<sup>1267</sup> PS. ISID., *Sotheri secunda* III : corde referentes a. ; d., et dicentes cum ; et scientibus (*sed scientiam B, M, S*) i.

## TABLE DU TOME III

<i>Sermones in concilio II</i> .....	176
<b>Dicta beati Damasi papæ ad episcopos</b> .....	177
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Hisidori episcopi</b> .....	178
<b>&lt;Ordo Hispanorum de celebrando concilio&gt;</b> .....	186
Oratio diei primi.....	188
Item oratio diei secundi.....	189
Item oratio diei tercii.....	190
Conjuratio vel exhortatio metropolitani episcopi.....	191
Oratio in solutione concilii.....	195
Benedictio in solutione concilii.....	196
<b>Ordo qualiter fit concilium apud Lemovicam urbem</b> .....	197
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Petri</b> .....	201
Dicta beati Petri ad ædificationem episcoporum et sanctæ Ecclesiæ, collecta ex scriptis beati Clementi papæ.....	201
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Petri, excerptum ex scriptis beati Clementis</b> .....	204
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Petri, excerptum ex dictis beati Clementis</b> .....	207
Dicta beati Petri apostoli ad episcopos.....	207
<b>Sermo in sinodo presbiterorum, ex dictis beati Petri, collectum ex scriptis beati Clementis</b> .....	209
Dicta beati Petri apostoli ad presbiteros.....	209
<b>Sermo in sinodo ad diaconos, ex dictis beati Petri, excerptum ex scriptis beati Clementis</b> .....	213
<b>Sermo in concilio ad omnem ecclesiam, ex dictis beati Petri, excerptum ex scriptis beati Clementis</b> .....	215
Dicta beati Petri apostoli de omni Ecclesia.....	215
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Petri, excerptum ex scriptis beati Clementis papæ</b> .....	218
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Clementis papæ</b> .....	223
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem et instructionem universalis Ecclesiæ.....	223
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Clementis papæ</b> .....	226
Dicta beati Clementis papæ ad universalis ecclesiæ instructionem.....	226
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Clementis papæ</b> .....	228
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem sacerdotum.....	228
<b>Sermo in concilio, ex dictis beati Clementis papæ</b> .....	234
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem sacerdotum, et totius sanctæ Ecclesiæ.....	234
Item et dicta beati Petri, collecta ex scriptis beati Clementis.....	235
<b>Sermo in concilio de violatoribus sanctorum canonum</b> .....	238
<b>Sermo in concilio de dignitate episcoporum, ex scriptis beati Clementis</b> .....	240
<b>Sermo in concilio de dignitate episcoporum, excerptum ex scriptis beati Clementis</b> .....	244
<b>Sermo in concilio episcoporum vel in ecclesia, quando episcopi non sunt, ex dictis beati Petri, excerptum ex scriptis beati Clementis</b> .....	246
<b>Sermo in concilio de oboedientia erga episcopos</b> .....	249

<b>Sermo in concilio ad ædificationem sanctæ ecclesiæ.....</b>	<b>252</b>
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Clementis, ad instructionem clericorum de sacramentis sanctæ Ecclesiæ, et de observantia castitatis ministrorum domini.....</b>	<b>254</b>
Dicta beati Clementis, Romanæ ecclesiæ presulis, ad ordinem clericorum, de sacramentis quæ geruntur in sanctis.....	254
<b>Incipit ordo Lemovicensium de diligentia corporis domini, sive de sinodo bis in anno ab episcopo celebrando, cum presbiteris et reliquis clericis.....</b>	<b>259</b>
Incipit lectio Actuum Apostolorum in sinodo recitanda.....	264
<b>Sermo in concilio ad ædificationem Ecclesiæ, et de pænitentia, ex dictis beati Clementis papæ.....</b>	<b>266</b>
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem Ecclesiæ, et de pænitentia.....	266
<b>Sermo in concilio ad instructionem pastoralis ordinis, ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>268</b>
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem pastoralis regiminis.....	268
<b>Sermo in concilio ad ædificationem episcoporum et sanctæ ecclesiæ, ex dictis beati Petri..</b>	<b>270</b>
Dicta beati Petri apostoli ad instructionem episcoporum et sanctæ ecclesiæ, sicut scripsit beatus Clemens papa, discipulus ejusdem beati Petri.....	270
<b>Sermo in concilio ad omnem Ecclesiam, ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>273</b>
Dicta beati Clementis, urbis romæ episcopi, ad omnem Ecclesiam.....	273
<b>Sermo in concilio.....</b>	<b>275</b>
Dicta beati Clementis papæ ad instructionem sacerdotum et sanctæ Ecclesiæ.....	275
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>278</b>
Dicta beati Clementis papæ de veritate et ignorantia, ad ædificationem Ecclesiæ.....	278
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>280</b>
Dicta beati Clementis papæ ad instruendam Ecclesiam, de ignorantia et veritate.....	280
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis, ad instructionem Ecclesiæ dei.....</b>	<b>282</b>
Dicta beati Clementis papæ ad instructionem Ecclesiæ Christi.....	282
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>285</b>
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem episcoporum et sanctæ Ecclesiæ.....	285
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>288</b>
Dicta beati Clementis papæ ad pacem et ædificationem sanctæ Ecclesiæ.....	288
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis, ad pænitentiam agendam.....</b>	<b>292</b>
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem episcoporum et sanctæ Ecclesiæ.....	292
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>295</b>
Dicta beati Clementis, urbis Romæ episcopi, contra ignorantiam, ad informationem Ecclesiæ.....	295
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis.....</b>	<b>299</b>
Dicta beati Clementis papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de baptismo et munditia.....	299
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Clementis. ....</b>	<b>301</b>
Dicta beati Clementis ad instructionem Ecclesiæ et clericorum sive monachorum, de communi vita, ut nihil proprium clerici sive monachi habeant.....	301
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ.....</b>	<b>304</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad instructionem sanctæ Ecclesiæ.....	304
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Anacleti papæ.....</b>	<b>307</b>
Dicta beati Anacleti papæ de honore sacerdotum Dei, ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ.....	307
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ.....</b>	<b>310</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad informationem sanctæ Ecclesiæ, de honore sacerdotum.....	310
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti.....</b>	<b>312</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ et sacerdotum Christi.....	312

<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>314</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem Ecclesiæ sanctæ, de doctrina sacerdotum Domini.....	314
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti</b> .....	<b>318</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad instructionem Ecclesiæ, et de honore Ecclesiæ et sacerdotum.....	318
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>322</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad consolationem episcoporum, et ædificationem sanctæ Dei Ecclesiæ.....	322
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>324</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem ecclesiæ, et de honore episcoporum.....	324
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti</b> .....	<b>329</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de honore sacerdotum.....	329
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>331</b>
Dicta beati Anacleti papæ de dignitate sacerdotum, ad ædificationem Ecclesiæ.....	331
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>334</b>
Dicta beati Anacleti papæ de dignitate sacerdotum, ad ædificationem Ecclesiæ.....	334
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>337</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad instructionem sanctæ Ecclesiæ, de pastoribus et de divinitate Jesu Christi domini nostri.....	337
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>341</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ, de honore et ordine sacerdotum Christi.....	341
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>345</b>
Dicta beati Anacleti papæ de dignitate summorum sacerdotum, ad ædificationem Ecclesiæ.....	345
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>349</b>
Dicta beati Anacleti papæ ad ædificationem episcoporum et totius sanctæ Ecclesiæ.....	349
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anacleti papæ</b> .....	<b>352</b>
Dicta beati Anacleti papæ de honore et oboedientia erga episcopos, ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ.....	352
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Evaristi papæ</b> .....	<b>355</b>
Dicta beati Evaristi papæ ad instructionem sanctæ ecclesiæ Dei, de dignitate diaconorum et de legitimo atque regulari conjugio.....	355
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Evaristi papæ</b> .....	<b>357</b>
Dicta beati Evaristi papæ ad ædificationem ecclesiæ Dei, de fide catholica contra hæreticos.....	357
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Evaristi papæ</b> .....	<b>362</b>
Dicta beati Evaristi papæ ad confirmandam ecclesiam Dei, de ordine pastorali et honore.....	362
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Evaristi papæ</b> .....	<b>365</b>
Dicta beati Evaristi papæ ad corroborationem ecclesiæ Christi, et de reverentia sacerdotum.....	365
<b>Sermo in concilio ex dictis Evaristi papæ</b> .....	<b>368</b>
Dicta beati Evaristi papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de juditio temerario.....	368
<b>&lt;Sermo in concilio ex dictis beati Alexandri papæ&gt;</b> .....	<b>372</b>
Dicta beati Alexandri papæ de reverentia erga pastores, ad ædificationem ecclesiæ Dei.....	372
<b>Omelia in concilio ex dictis beati Alexandri papæ</b> .....	<b>374</b>
Dicta beati Alexandri papæ de honore pastorum, ad ædificationem sanctæ Ecclesiæ.....	374
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Alexandri papæ</b> .....	<b>377</b>
Dicta beati Alexandri papæ de reverentia sacerdotali, ad ædificationem Ecclesiæ.....	377
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Alexandri papæ</b> .....	<b>380</b>
Dicta beati Alexandri papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de honore pastorum, de sacrificio missæ, de aqua sacrata, de officio sacerdotum.....	380
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Alexandri papæ et martiris</b> .....	<b>383</b>
Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad corroborationem Ecclesiæ, de fide catholica et orthodoxa.....	383

<b>Sermo in concilio ex dictis beati Alexandri papæ.....</b>	<b>388</b>
Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ.....	388
<b>Sermo in concilio ex dictis sancti Alexandri papæ et martiris.....</b>	<b>390</b>
Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad instructionem ecclesiæ Dei, de reverentia pontificum.....	390
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Alexandri papæ et martiris.....</b>	<b>393</b>
Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de dignitate pastoralis.....	393
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Alexandri papæ et martiris.....</b>	<b>395</b>
Dicta beati Alexandri papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de sollicitudine et reverentia sacerdotum.....	395
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Sixti papæ et martiris.....</b>	<b>398</b>
Dicta beati Sixti papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de fide catholica, et reverentia sacerdotum. .....	398
<b>Sermo in concilio ex dictis sancti Sixti papæ et martiris.....</b>	<b>403</b>
Dicta sancti Sixti papæ et martiris ad ædificationem Ecclesiæ, de reverentia altaris et honore sacerdotum. .....	403
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Telesfori.....</b>	<b>406</b>
Dicta beati Telesfori papæ de natale Domini et quadragesima et de honore sacerdotum, ad ædificationem omnium.....	406
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Telesfori papæ.....</b>	<b>409</b>
Dicta beati Telesfori papæ de reverentia ministrorum Christi, ad ædificationem Ecclesiæ.....	409
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Telesfori papæ.....</b>	<b>411</b>
Dicta beati Telesfori papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de sollicitudine pastoralis.....	411
<b>Sermo in concilio ex dictis sancti Vigni papæ.....</b>	<b>413</b>
Dicta beati Vigni papæ de fide catholica et de concordia episcoporum, ad ædificationem et corroborationem sanctæ Ecclesiæ.....	413
<b>Sermo in concilio ex dictis Vigni papæ.....</b>	<b>417</b>
Dicta beati Vigni papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de reverentia pastoralis regiminis.....	417
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Pii papæ.....</b>	<b>420</b>
Dicta beati Pii papæ contra hæreticos, et de pascha et de honore sacerdotum, ad corroborationem sanctæ Ecclesiæ.....	420
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Pii papæ.....</b>	<b>424</b>
Dicta beati Pii papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de reverentia erga pastores.....	424
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Pii papæ.....</b>	<b>426</b>
Dicta beati Pii papæ ad ædificationem Ecclesiæ.....	426
<b>Sermo in concilio ex dictis beati Anicii papæ.....</b>	<b>431</b>
Dicta beati Anicii papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de dignitate et concordia episcoporum.....	431
<b>Sermo in concilio ex dictis Sotheri papæ.....</b>	<b>437</b>
Dicta beati Sotheri papæ ad ædificationem Ecclesiæ, de fide domini nostri Jesu Christi.....	437
<b>Sermo in concilio ex dictis Sotheri papæ.....</b>	<b>441</b>
Dicta beati Sotheri papæ de reverentia altaris et de prudentia pastoralis, ad instructionem sanctæ Ecclesiæ. .....	441
<b>Table du tome III.....</b>	<b>444</b>

- <sup>a</sup> III<sup>or</sup> *ms.*  
<sup>b</sup> III<sup>or</sup> *ms.*  
<sup>c</sup> III<sup>or</sup> *ms.*  
<sup>d</sup> III<sup>or</sup> *ms.*  
<sup>e</sup> Cælestino] *postea super lac. scripsit.*  
<sup>f</sup> III<sup>or</sup> *ms.*  
<sup>g</sup> III<sup>or</sup> *ms.*  
<sup>h</sup> duabus sententiis auctoritate plenis] duas sententias auctoritate plenas *ms.*  
<sup>i</sup> pape] papæ *ms.*  
<sup>j</sup> XII *ms.*  
<sup>k</sup> *cf. explicit.*  
<sup>l</sup> celebrare] cebrare *a. corr. sup. l.*  
<sup>m</sup> eiciuntur] eiciantur *a. corr.*  
<sup>n</sup> stant] stent *a. corr.*  
<sup>o</sup> introeunt] introeant *a. corr.*  
<sup>p</sup> resident] resideant *a. corr.*  
<sup>q</sup> vocantur] vocentur *a. corr. (cum P.I.)*  
<sup>r</sup> dicit] dicat *a. corr. (cum P.I.)*  
<sup>s</sup> perlegitur] perlegatur *a. corr. (cum P.I.)*  
<sup>t</sup> transiatur] transeatur *a. corr. (cum P.I.)*  
<sup>u</sup> conceditur] concedatur *a. corr. (cum P.I.)*  
<sup>v</sup> respondetur] respondeatur *a. corr. (cum P.I.)*  
<sup>w</sup> ignorantia] ignoratia *a. corr. sup. l.*  
<sup>x</sup> pergit] pergat *a. corr.*  
<sup>y</sup> dicit] dicat *a. corr.*  
<sup>z</sup> vocantur] vocentur *a. corr.*  
<sup>aa</sup> dicit] dicat *a. corr.*  
<sup>bb</sup> innuit] innuat *a. corr.*  
<sup>cc</sup> dicit] dicat *a. corr.*  
<sup>dd</sup> dicit] dicat *a. corr.*  
<sup>ee</sup> modulando] *sup. ras.*  
<sup>ff</sup> V *ms.*  
<sup>gg</sup> XII *ms.*  
<sup>hh</sup> V *ms.*  
<sup>ii</sup> LXX *ms.*  
<sup>jj</sup> sedent] sedeant *a. corr.*  
<sup>kk</sup> incipiunt] incipient *a. corr.*  
<sup>ll</sup> scribunt] scribant *a. corr.*  
<sup>mmm</sup> dant] dent *a. corr.] det a. corr. sup. l.*  
<sup>nn</sup> cepisset] coepisset *ms.*  
<sup>oo</sup> XX<sup>ti</sup> *ms.*  
<sup>pp</sup> Christianorum] Christorum *ms.*  
<sup>qq</sup> illos] il... *a. corr. sup. l.] & a. corr.*  
<sup>rr</sup> que] quæ *ms.*  
<sup>ss</sup> celo] cælo *a. corr. sup. l.*  
<sup>tt</sup> letitia] lætitia *a. corr. sup. l.*  
<sup>uu</sup> trudetur] tradetur *a. corr. (cum P.I.)*  
<sup>vv</sup> sed] sep... *a. corr.*  
<sup>ww</sup> presbiter] *sup. l.*  
<sup>xx</sup> cognitores] cognitor, id est iudex *in marg.*  
<sup>yy</sup> Illi] Qui *a. corr. per ras.*  
<sup>zz</sup> clericis] cleris *a. corr.*  
<sup>aaa</sup> proretæ] prora, id est anteriora pars navis *in marg.*  
<sup>bbb</sup> epibatis] epibata, id est superveniens *in marg.*  
<sup>ccc</sup> Caribdis] caribdis, id est quæ naves absorbet *in marg.*  
<sup>ddd</sup> effectū] *sic ms.*  
<sup>eee</sup> evehere] vehere *a. corr. sup. l.*



fff erat] *sup. l.*  
 ggg XXX<sup>ta</sup> *ms.*  
 hhh XXX<sup>mo</sup> *ms.*  
 iii XXV] XXVIII *a. corr. (per ras.)*  
 iij XXXVII<sup>mo</sup> *ms.*  
 kkk LX<sup>o</sup> *ms.*  
 ll III<sup>or</sup> *ms.*  
 mmm XXX *ms.*  
 nnn XXV *ms.*  
 ooo XXVIII<sup>to</sup> *ms.*  
 ppp putetis] t... *a. corr.*  
 qqq LXX *ms.*  
 rrr XII<sup>cim</sup> *ms.*  
 sss XII<sup>cim</sup> *ms.*  
 ttt XII<sup>cim</sup> *ms.*  
 uuu XII *ms.*  
 vvv quoque ordine] *sic ms.*  
 www resurrectio] resurrectionem *ms.*  
 xxx incorporeus] incorporens *a. corr.*  
 yyy universalis] universalem *a. corr. sup. l.*  
 zzz vobis] vob... *cum abbr. a. corr.*  
 aaaa maledixerint] malex... *a. corr.*  
 bbbb Petrus] Petrus qui *a. corr. (per ras.)*  
 cccc suum] *sup. l.*  
 dddd dimisit] m... *a. corr.*  
 eeee segregatus] segregatus est *a. corr. (per ras.)*  
 ffff XXX<sup>ta</sup> *ms.*  
 gggg Marcialis] macialis *a. corr. sup. l.*  
 hhhh XII<sup>cim</sup> *ms.*  
 iiiii et] s... *a. corr.*  
 ijjj dudum] *sup. l.*  
 kkkk memoratos] memoratores *ms.*  
 lljjj majora] ... *a. corr. (per ras.)*  
 mmmmm Galliarum] Galla... *a. corr.*  
 nnnn Idem Clemens sic ait] *sup. ras.*  
 oooo XII *ms.*  
 pppp LXX *ms.*  
 qqqq XII *ms.*  
 rrrr XI *ms.*  
 ssss LXX *ms.*  
 tttt XII *ms.*  
 uuuu LXX *ms.*  
 vvvv LXX *ms.*  
 wwwww episcopis] episcopo *a. corr.*  
 xxxxx quia sic oportet] *sup. ras.*  
 yyyyy esse] est *a. corr.*  
 zzzz utrorumque] utrarumque *a. corr. sup. l.*  
 aaaaa succensæ] *sup. l.*  
 bbbbb Hiezechielis] *sup. l.*  
 ccccc facta] facti *ms.*  
 ddddd tremitis] tremetis *a. corr.*  
 eeeee et a] et a a *ms.*  
 fffff et] & *sup. l.*  
 ggggg mandatis] madatis *a. corr. sup. l.*  
 hhhhh et] & *sup. l.*  
 iiiii Scripsit] Scriptit *a. corr. sup. l.*  
 jjjjj est] *sup. l.*

kkkkk communionem] communo *a. corr.*  
lllll custodis] custodiis *a. corr.*  
mmmmm jactentur] jacterentur *ms.*  
nnnnn percussus] pers... *a. corr.*  
ooooo sacrarium] sacrac... *a. corr.*  
ppppp id est corporale] *sup. l.*  
qqqqq Sane pelvis nova] *sup. ras.*  
rrrrr portionem] potionem *a. corr. sup. l.*  
sssss honestate] honestitate *ms.*  
ttttt et hostia] *sup. l.*  
uuuuu XII *ms.*  
vvvvv linguaribus] linguaris = linguatus ?  
wwwww procedit] procedat *a. corr.*  
xxxxx archidiaconus] diaconus *a. corr. sup. l.*  
yyyyy archidiaconus] diaconus *a. corr. sup. l.*  
zzzzz archidiaconus] diaconus *a. corr. sup. l.*  
aaaaa interrogat] interroget *a. corr.*  
bbbbbb denuntiat] denuntiet *a. corr.*  
ccccc Interrogat] Interroget *a. corr.*  
dddddd Interrogat] Interroget *a. corr.*  
eeeeee agitur] agatur *a. corr.*  
fffff abscedunt] abscedant *a. corr.*  
ggggg surgit] surgat *a. corr.*  
hhhhhh dicit] dicat *a. corr.*  
iiiiii expectant] expectent *a. corr.*  
jjjjjj dicit] dicat *a. corr.*  
kkkkkk vocantur] *sup. ras.*  
llllll exsurgent] surgent *a. corr. sup. l.*  
mmmmmmm quis] qua *a. corr.*  
nnnnnn cepit] coepit *ms.*  
oooooo ipse] ipsi *a. corr.*  
pppppp altitudinem] altitudine *ms.*  
qqqqqq ejusdem] beati *a. corr.*  
rrrrrr atque] ac *a. corr. sup. l.*  
ssssss episcopis suis] *sup. ras.*  
ttttt habeant] habeat *ms.*  
uuuuuu ecclesiastici] ecclesiasticis *a. corr.*  
vvvvvv usque] *sup. l.*  
wwwwww obtemperaverint] optemperaverint *a. corr.*  
xxxxxx LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
yyyyyy XII *ms.*  
zzzzz debet] p... *a. corr.*  
aaaaaaa ceperunt] coeperunt *ms.*  
bbbbbbb se] *sup. l.*  
ccccccc gerunt] gerant *a. corr.*  
ddddddd festinant] festinent *a. corr.*  
eeeeeee poenas quia] *sup. ras.*  
fffff gratulatur] gratulatur... *a. corr.*  
ggggggg seculum in quo] *sup. ras.*  
hhhhhhh oculos] oculos *a. corr. sup. l.*  
iiiiiii non vident] *sup. ras.*  
jjjjjjj seculum] *sup. ras.*  
kkkkkkk imagines] imaginem *a. corr. sup. l.*  
lllllll ad] *sup. l.*  
mmmmmmm et] s... *a. corr.*  
nnnnnnn XII<sup>cim</sup> *ms.*  
oooooooo LXX *ms.*

pppppp XII *ms.*  
 qqqqqq jam radicatum] propagare *a. corr.*  
 rrrrrr prestante ipso (...) BEATI CLEMENTIS] *sup. ras.*  
 ssssss et] sed *a. corr.*  
 tttttt obtemperare] optemperare *a. corr.*  
 uuuuuu que] quæ *ms.*  
 vvvvvv ubi et] et ubi *a. corr. sup. l.*  
 wwwwww XII<sup>cim</sup> *ms.*  
 xxxxxx LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
 yyyyyy que] quæ *ms.*  
 zzzzzz qui] ita *a. corr.*  
 aaaaaaa æterni seculi hæreditatem] *sup. ras. et in marg.*  
 bbbbbbb errore] errare *ms.*  
 ccccccc christianarum] christianorum *a. corr.*  
 ddddddd suis] *sup. ras.*  
 eeeeeee in unoquoque] *sup. ras.*  
 fffffff qui] *sup. l.*  
 ggggggg bonis] be... *a. corr.*  
 hhhhhhh obnoxium] obnoxios *ms. (cum P.I.)*  
 iiiiiii XII<sup>cim</sup> *ms.*  
 jjjjjjj pariter prodesse his, et docere] *sup. ras.*  
 kkkkkkk informationem] innormationem *ms.*  
 lllllll datam] t... *a. corr.*  
 mmmmmmm causa] est *a. corr.*  
 nnnnnnn orabat] orat *a. corr.*  
 ooooooo hominibus] homnibus *a. corr. sup. l.*  
 ppppppp homines] eos ducamus *a. corr.*  
 qqqqqqq pater] f... *a. corr.*  
 rrrrrrr pervenitur] ad *a. corr.*  
 sssssss suæ] causa *a. corr.*  
 ttttttt hominis] homini *ms.*  
 uuuuuuu dominus protestatus est] *sup. ras.*  
 vvvvvvv enim] autem *a. corr.*  
 wwwwww et] & *sup. l.*  
 xxxxxxx possidet] possidet quia possidet *ms.*  
 yyyyyyy propriam] proprium *a. corr.*  
 zzzzzzz doctor] *sup. ras.*  
 aaaaaaa Ad hos] *sup. ras. et in marg.*  
 bbbbbbb sit hic sermo noster] *sup. ras. et in marg.*  
 ccccccc viderunt multi] vidimus *a. corr.*  
 ddddddd contingat] contigat *ms.*  
 eeeeeee dignitatem] dignitate *ms.*  
 fffffff aut] haud *a. corr.*  
 ggggggg neglexerint] neglegerint *a. corr.*  
 hhhhhhh flectetur] flectet *ms.*  
 iiiiiii Non ergo] *sup. ras.*  
 jjjjjjj et] p... *a. corr.*  
 kkkkkkk legis sunt recte] recte *a. corr.*  
 lllllll seculo] c... *a. corr.*  
 mmmmmmm quoniam] quo *a. corr.*  
 nnnnnnn agnosco] agnoscimus *a. corr.*  
 ooooooo sacrificare] locis *a. corr.*  
 ppppppp neglegentes in cultu] *sup. ras. et in marg.*  
 qqqqqqq et] qui *a. corr.*  
 rrrrrrr Ut] Et *a. corr.*  
 sssssss est] *om. ms.*  
 ttttttt et] *sup. l.*

uuuuuuuu sequuntur] sequentur *a. corr.*  
vvvvvvvv hoc est per baptismum] *sup. ras.*  
wwwwwwww Omnis] Odiis *a. corr.*  
xxxxxxxxx odit] non *a. corr.*  
yyyyyyyy VII *ms.*  
zzzzzzz ut] ait *a. corr.*  
aaaaaaaa XII<sup>cim</sup> *ms.*  
bbbbbbbb ipsos] *sup. l.*  
cccccccc a] *sup. ras.*  
dddddddd facti] facta *ms.*  
eeeeeeee quem] quam *ms.*  
fffffft caveamus] caveant *a. corr.*  
gggggggg quia] *sub l.*  
hhhhhhhh superhumera] superhumeralem *a. corr.*  
iiiiiii pretaxato] *sup. ras.*  
jjjjjjj XII *ms.*  
kkkkkkkk XII *ms.*  
llllllll LXX *ms.*  
mmmmmmmm LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
nnnnnnnn Hucusque Anacletus. Qui] Qui *a. corr. in marg.*  
oooooooo LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
pppppppp LXX<sup>o</sup> *ms.*  
qqqqqqqq Christo] *sup. l.*  
rrrrrrrr LXX<sup>ta</sup> II<sup>o</sup> *ms.*  
ssssssss XII *ms.*  
ttttttt LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
uuuuuuuu XII *ms.*  
vvvvvvvv LXX *ms.*  
wwwwwwww poterant] *sup. ras.*  
xxxxxxxxx aut] *sup. l.*  
yyyyyyyyy primatem] primatum *ms.*  
zzzzzzz principatum] qui *a. corr.*  
aaaaaaaa predicare] predicat *a. corr.*  
bbbbbbbbb dorsum] deorsum *ms.*  
cccccccc percudit] percutitur *a. corr.*  
dddddddd et] *sup. l.*  
eeeeeeee consulere] consu... *a. corr.*  
fffffft apostolos esse electos et constitutos, et] Christo *a. corr.*  
gggggggg XII *ms.*  
hhhhhhhh LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
iiiiiii Hucusque Analectus] *in marg.*  
jjjjjjj LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
kkkkkkkk XII *ms.*  
llllllll XII *ms.*  
mmmmmmmm LXX *ms.*  
nnnnnnnn XII *ms.*  
oooooooo LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
pppppppp quaedam] *sup. l.*  
qqqqqqqq LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
rrrrrrrr promoventur] *sup. ras.*  
ssssssss LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
ttttttt XII *ms.*  
uuuuuuuu XII *ms.*  
vvvvvvvv LXX<sup>ta</sup> *ms.*  
wwwwwwww XII *ms.*  
xxxxxxxxx summorum] *sup. ras.*  
yyyyyyyyy eam] *sup. ras.*

zzzzzzzz quecumque] quæcumque] quæcumque *a. corr. sup. l.*  
 aaaaaaaaaa consecrarunt] constituerunt *a. corr. (per ras.)*  
 bbbbbbbbbbb illic] illis *a. corr.*  
 cccccccccc primum ... primus] *sic ms.*  
 dddddddddd ita] *sup. l.*  
 eeeeeeeeee que] quæ] quæ *a. corr. sup. l.*  
 ffffffff Nos summopere (...) gratiæ Dei] *sup. ras.*  
 gggggggggg tenentes] *sic ms. pro tenentibus ?*  
 hhhhhhhhhh lascivient] *sic ms. pro lasciviant ?*  
 iiiiiiiiii deorum] judeorum *ms.*  
 jjjjjjjjjj Nos autem (...) disciplina constituti] *sup. ras.*  
 kkkkkkkkkk habeamus] haberemus *a. corr.*  
 llllllllll legitimum] legitimum *a. corr.*  
 mmmmmmmmmm consecuta] *sup. ras.*  
 nnnnnnnnnn quibus] *sup. ras.*  
 oooooooooo circumire] circumisse *a. corr.*  
 pppppppppp Quam] q... *a. corr.*  
 qqqqqqqqqq claritate] claritatem *ms.*  
 rrrrrrrrrr ambulate in lucem] *sup. ras.*  
 ssssssssss et] *sup. ras.*  
 tttttttttt patris] E... *a. corr.*  
 uuuuuuuuuu clarificabo] *sup. ras.*  
 vvvvvvvvvv apertius] *sup. ras.*  
 wwwwwwwwww credit] credit in *a. corr.*  
 xxxxxxxxxxxx credit] *sup. ras.*  
 yyyyyyyyyy verum] *sup. ras.*  
 zzzzzzzzzz petitiones] *sup. ras.*  
 aaaaaaaaaa vel juste] *sup. ras.*  
 bbbbbbbbbbb diabolum] *sup. ras.*  
 cccccccccc nobis] *sup. ras.*  
 dddddddddd episcopi] i... *a. corr.*  
 eeeeeeeeee ecclesie] ecclesiæ *ms.*  
 ffffffff innupta] *sup. ras.*  
 gggggggggg ecclesias suas] ecclesiam suam *a. corr.*  
 hhhhhhhhhh Romanæ] Romanae *ms.*  
 iiiiiiiiii odio] *sup. ras.*  
 jjjjjjjjjj Sodome] Sodomæ *ms.*  
 kkkkkkkkkk audierat] d... *ms.*  
 llllllllll consolemini] consosolemini *ms.*  
 mmmmmmmmmm dicamus ista : Debemus enim] *sup. ras.*  
 nnnnnnnnnn Inproperia] inproperia *a. corr.*  
 oooooooooo Rome] Romæ *ms.*  
 pppppppppp cur] cui *a. corr.*  
 qqqqqqqqqq et excusationem] *sup. l.*  
 rrrrrrrrrr ipsa] ipse *ms.*  
 ssssssssss apostolis] *sup. ras.*  
 tttttttttt Oseem] Osee *ms.*  
 uuuuuuuuuu Pessimum est (...) Sectemur itaque] *sup. ras.*  
 vvvvvvvvvv non] *om. ms.*  
 wwwwwwwwww sancta] T... *a. corr.*  
 xxxxxxxxxxxx non] *om. ms.*  
 yyyyyyyyyy Isahac] Isaac *a. corr. sup. l.*  
 zzzzzzzzzz LVIII<sup>o</sup> *ms.*  
 aaaaaaaaaa non] *om. ms.*  
 bbbbbbbbbbb ipse] *om. ms.*  
 cccccccccc erugo] ergo *a. corr.*  
 dddddddddd Hi sunt] hoc *a. corr.*

eeeeeeeeeeee et] s. a. corr.  
 ffffffffffff Quia autem tribulantur (...) operibus impietatis eorum] sup. ras.  
 gggggggggggg malum in] malum. Ecce ego cogito super familiam istam malum in ms.  
 hhhhhhhhhhhh recedat] recedet a. corr.  
 iiiiiiiiii dividat] dividet a. corr.  
 jiiiiiiiiiii agnoscemus] agnoscamus a. corr. sup. l.  
 kkkkkkkkkkkk heretici] hæretici ms.  
 llllllllllll psalmo] psalm a. corr. sup. l.  
 mmmmmmmmmmm XVII<sup>o</sup> ms.  
 nnnnnnnnnnnn et blasphemantium] sup. l.  
 ooooooooooooo sepissime] sæpissime] sæpissime a. corr. sup. l.  
 pppppppppppp unde] inde a. corr. sup. l.  
 qqqqqqqqqqqq dispositioni] dispotioni a. corr. sup. l.  
 rrrrrrrrrrrr æternum] eternum a. corr. sub l.  
 ssssssssssss VII ms.  
 tttttttttttt reverentia] reventia a. corr. sup. l.  
 uuuuuuuuuuuu ecclesie] ecclesiæ ms.  
 vvvvvvvvvvvv in] sup. ras.  
 wwwwwwwwwwww querentibus] quærentibus ms.  
 xxxxxxxxxxxxxx veniet] venit a. corr.  
 yyyyyyyyyyyyyy queritis] quæritis a. corr.  
 zzzzzzzzzzzz celum] cælum] cælum a. corr. sup. l.  
 aaaaaaaaaaaaaa sancte] sanctæ ms.  
 bbbbbbbbbbbbbb conprovincialibus] conprovntialibus a. corr. sup. l.  
 cccccccccccccc carpendi] carpiendo a. corr. (per ras.)  
 dddddddddddddd superneq memores] sup. ras.  
 eeeeeeeeeeeeee sit] est a. corr. sup. l.  
 ffffffffffff repleantur] replentur a. corr. sup. l.  
 gggggggggggg superabundent] superabundo a. corr.  
 hhhhhhhhhhhhhh inambulabo, et ero] sup. ras.  
 iiiiiiiiii Exinde nos] Unde a. corr. (per ras.)  
 jiiiiiiiiiii sed peccata eorum] quid de a. corr. (per ras.)  
 kkkkkkkkkkkkkk secundum] secunda a. corr.  
 llllllllllll celorum] cælorum] cælorum a. corr. sup. l.  
 mmmmmmmmmmm XIII<sup>ta</sup> ms.  
 nnnnnnnnnnnn dominico] sup. ras.  
 ooooooooooooo XIII<sup>a</sup> ms.  
 pppppppppppppp XIII<sup>a</sup> ms.  
 qqqqqqqqqqqqqq XIII<sup>a</sup> ms.  
 rrrrrrrrrrrr aprilis, quodcumque] sup. ras.  
 ssssssssssss occurruisset] sup. ras.  
 tttttttttttt quia] qua ms.  
 uuuuuuuuuuuu Sed coronantur (...) nostro, cui] sup. ras.  
 vvvvvvvvvvvv S. I. C. EX D. B. P. P ms.  
 wwwwwwwwwwww et] sup. l.  
 xxxxxxxxxxxxxx Scimus] Scio a. corr.  
 yyyyyyyyyyyyyy Et sicut majus peccatum] sup. ras.  
 zzzzzzzzzzzz hoc] sup. ras.  
 aaaaaaaaaaaaaa Etenim] sup. ras.  
 bbbbbbbbbbbbbb hoc] sup. ras.  
 cccccccccccccc fornicationis] sup. ras.  
 dddddddddddddd hoc] nom... a. corr.  
 eeeeeeeeeeeeee laicorum] lacorum a. corr. sup. l.  
 ffffffffffff cunctis] sup. ras.  
 gggggggggggg fratres] sup. ras.  
 hhhhhhhhhhhhhh cathedram] in a. corr.  
 iiiiiiiiii episcopis] sup. ras.

honore] ho... *a. corr. sup. l.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX XII<sup>im</sup> *ms.*

ut] vel *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX hanc] a... *a. corr.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX Iphis autem episcopis] Ipsos autem episcopos *a. corr.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX est] *sup. ras.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX XXX *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX LXX<sup>o</sup> *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX LXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup> *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX LXXVI<sup>o</sup> *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX Monte] Mons *a. corr. sup. l.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX LXXVII<sup>o</sup> *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX CVIII<sup>o</sup> *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX CI *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX singularis] solitarius *a. corr.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX CVIII<sup>o</sup> *ms.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX meo] *sup. l.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX autem] *sup. ras.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX Quapropter hujus sanctæ sedis auctoritate] *sup. ras.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX sapientia] *in marg.*